




R III 1926:2722
RATIO SEV

METHODVS COMPEN

dio perueniendi ad uerā Theolo
giam, per Erasmū Roteroda
mum, ad Albertum princi
pem, Cardinalē &
Archiepiscopū
Mogunti
nēsem.



APVD AVREAM
MOGVNTIAM.

R 137.

Annumq[ue] libris dul
vici alberti surgente
aeg. Xyporovis
1647.

ALBERTVS ARCHIEPIS
piscopus Moguntinen. & Maigdeburgen.
primas Germania, princeps elector, ac
Marchio Brandenburgensis &c.

NOBIS DILECTO DE
siderio Erasmo Roterodamo salu-
tem in Christo. Nuper in uoluminum
abs te editorum lectione incidetēs Eras-
me doctissime, cum diuinum hoc tuum
ingenium, omnigenā eruditōnem, &
supra captum penē huius seculi, ac pa-
triæ eloquentiam admirati esse mīs,
pit nos ingens quoddam te uidendi de-
siderium, Quippenihil magis ex digni-
tate nostra arbitrati sumus, quā cum nos
dei OPT. MAX. benignitate, in princi-
pem episcopoy locū ueecti simus, eum
uirum, qui nō per Germaniā modo, sed
uniuersam prope Europā, in literis prin-
cipatū obtineat, cōplete ac fouere. Pro-
inde tantū defuisse fortunæ nostræ, si te
nō uiso ab hac uita migrare contingeret,
arbitraremur, quantū nobis felicitat̄ ad-
scribimus, qd eo tēpore nat̄ sumas, quo
tu tantus uir his literis, hac industria, cō-
munē Germaniā à foeda barbarie appellat̄
oīcē uindicas, Imo quo tu diuina The-
ologiam,

ologiam, ab illa antiqua ac germana, in
nouam quādam & impurā aliquot iam
seculis deformatā suo splendori reddis,
ac priscum in nitorē restituīs, Quid em̄
desiderari magis ætate nostra potuit, q̄
ut emendatoria essent noui instrumentū
exemplaria. At te interprete omnes abs-
tersæ maculæ, omnis addit⁹ nitor. Quid
dolendum magis fuit, quam illum sic ab
seimmutatū, sic mutilum ac consciſsum
Hieronymū in manibus habeti? At per
te in lucem est reductus, & quasi à morte
in uitam reuocatus. Macte uirtute decus
Germaniæ amabilissime Erasme. Sic i-
tur ad astra. Sed tu ne grauares sic de te sen-
tientem, sic ergate affectū, si quando hac
iter facies inuisere. Et o felicem illum (si
quis nobis illucescat) diem, quo in tuam
faciē hos oculos defigemus, quo ad sua-
uissimū tuum eloquium has aures arrige-
mus, quo abs tuo penitus ore pendebi-
mus. Nihil enī internos, & illos Titi Li-
uij admiratores interesse censemus.
Quod faxit Christus seruator, ut quem
absentem ex libris admiramur, cius corā
alloquio frui liceat, Sic enim future spera-
mus, ut qd iam querimus, aliqt diuorū
uitæ,

152349346

uitæ, elegantiori & qualis tu polles stilo
illustrentur. Vale doctissime Erasme, ac
te nobis serua & ostende. Iterum uale ex
oppido nostro Steynheyem Idib. septēb.
manu nostra propria. Anno post nata-
lem Christi. M. D. XVIII.

ERASMVS ROTRODA
mus reuere gedissimo domino D. Alberto
Archiepiscopo & Cardinali Mogun-
tinensi. Salutem dicit.

LIBERALIS QVIDAM
& ingenuus ingenij tui candor in
causa fuit opinor, reueredissime præsul,
et idem princeps illustrissime, ut ex meis
libellis, lōge quam p meritis maiore opini-
onē de me cōceperis. Et tamē istum a-
nimū tuum, si minus mihi, certe literis ac
uirtuti gratulor, gratulor ijs, quere sunt
id, qd me credis else. Siqdem ut hacten
errat tua celsitudo, qd tantū laudis tribu-
it Erasmo, nō errat tamē in hoc, qd egre-
giam uirtutē cum eruditioē pari copula
tam, in quo cūq; comperiat homine, sum
morum principum studio fouendam or-
nandamq; censet. Quanquā autem non
dubitabā, qn ex congresu nonnullā opini-
onis meæ iacturā facturus essem apud
te, tamen apprime gestiebam in raplexi-
mij princi-

mij principis amplexus accurrere, ac ne
prorsus qd wpoſ uenirem, Pauli ad Ro-
manos epistolæ paraphrasin tuo nomi-
ni destinaram. Hunc animū meum, lite-
ris significarā iuueni, nō minus eruditōe
quam i imaginibus claro Vdalrico Huppe
no, sed hoc unice nobili, qd tua dignitas
illum inter præcipuos, ac interiores offi-
ciarios coplectit. Sed ea mōx mutata est
sententia, qd magis cōuenire uideref, ut
qd Romanis scriptū esset, ijsdem rescri-
beretur. Interea nec per fortunā tuo con-
spectu frui datum est, nec p studior̄ im-
modicos labores licuit apparare, qd tua
celstitudine dignū haberet. Etem cum p-
xime Basileam repeterē, in diuersam di-
tionis tuæ partē procul te cōtuleras, rur-
sum ubi me recipierem in patriā iam apd
Cæsarē agebas Augustæ. Quod quidē
iter cum mihi uel eunti, uel rediunti mul-
tis nominibus infaustum fuerit, nullo ta-
men infelicius quam qd tui nō contigit
copia. Porrò dum posthabit̄ curis om̄i-
bus, pro uiribus adnitor, ut nouum testa-
mentum, Leone decimo, cui dicatur erat
dignum efficiam, ac pīnde ite atq; itere
nouo, mihi pene ueternū collegi, dū hoc

Leptura.
a senio vindico, mihi senium contraxi,
dūq̄ illud, ut scribis, pristino nitorī re-
stī tuo, mihi squalore, ac situm cōciliaui.
Nā laboris, ut voluptatis, & gloriæ quā
minimū habet, ita sedū molestiæq̄ plu-
rimū. Ac pene duplicabat molestiā, qd
coplures experirer ingratissimos, quoru
utilitati poḡissimū, tantum laboris desu-
dabatur. Tandē & à laboribus, qbus di-
stringebat, & à morbis, qui me ppemo-
dum extinxerat, utcūq̄ mihi restitutus,
officij mei meminisse c̄epi, atq̄ hiscc li-
teris, quādo adhuc secus nō licet, ampli-
tudinē tuam saluto, simulq̄ gratulor, tot
ornamētis tuis Cardinalitiae dignitatis
fastigiū accessisse, unde tibi hoc etiā plus
decoris adiunctū est, qd à Pontifice inte-
gerrimo, nec emptum, nec ambitū obti-
git, & adeo non ambitū, ut nīsi Maximī
lianī Cæsarī autoritate motus, obstina-
te fueris recusaturus, Adiūximus episto-
læ libellū de ratione studij Theologici,
nō ut hoc tuo nomini dedicato, fidē meā
liberē, uerū ut hoc uelut arrabone dato,
magis ac mag' astringā. Optabat R. T.
D. ut diuorū uitas illustrarē meo stilo.
At ego conatus sum, ut ipsi diuorū prin-
cipi

Drap.
cipi mea qualicunq̄ industria lucis nō si-
hil adderem. Nam gaudet ille, totius glo-
riæ fons, etiā pñs suo, studijs utcūq̄ no-
bilitari. Cæterz sermone uix psequi ques-
am, quātopere deamem indolē istam tu-
am, cui iuueni, inter tot ditionis admini-
strandæ necessarias magis, quam sacras
sollicitudines, illd'uel in p̄mī cordi est,
ut diuorū uitæ, quæ partim habent fabu-
lis anilibus similiūmæ, partim eo pditæ
stilo, ut nemo doctus, aut grauis, absque
nausea possit legere, primū maiore dele-
ctu, maioreq̄ fide, dein sermone si nō fa-
cundo, certe mudo, castoq̄ tradant. Per-
spicit nimirū tua prudentia, id qd uerissi-
mum est, nō mediocrit ad Christianæ re-
ligionis ornamentū facere, ne qd omīno
canatur, aut legatur in tēplis, qd non gra-
uissimo, doctillimoq̄ cuiq̄ placere que-
at, hoc est, qd non ex diuinis librīs hau-
stum sit, aut certe à uiris eximijs pfectū.
Nunc Siculīs. qd aiunt, gerris uaniora,
nūc cuiuslibet deliri senis, aut etiā anicu-
læ, somnia huic irrepserunt, & indies ma-
gis ac magis irrepunt. Verz hac in re p̄z-
flare qd desyderat celsitudo tua, magis
opto, quam possum. Ego præter cona-
tum se-

Huttenij
Prof. proac.
Fortuna

tum sedulum nihil polliceor. Non desunt autem, uel apud Germanos, qui mea sententia cumulate ualeant tuis sanctissimis uotis satisfacere. Vel Huttenū habes domini, linguae Latinæ delitiū. Interea mihi magis libet tibi mente istam Episcopo dignā, quam fortunā quālibet amplam gratulari. O felicē Christi populū, si passim cōn̄ingat tales esse pr̄f̄s̄les, quibus Christi gloria nihil sit antiquus, qui gemmarum lucem, qui auri fulgore, qui argenti nitorem, qui byssī candorem, qui cocci ignem, breuit̄ qui totū Aaronis ornatum morib⁹ ac uita referant, quibus etiam si pallium, ac pedum detrahas, tamē episcopos agnoscas. In te fortuna, quam antiquitas cæcam faciebat, oculata uidetur. Generis tuilōge clarissima stēmata, morum tuor⁹ ornamētis illustras. Archiepiscopi dignitatem uitæ integritate conduplicas. Cardinalitio galero, nescio qd maiestatis additū uidetur, postea quā tu non recusasti. Quid supest, nisi ut Chrm OPT. MAX. cōp̄recemur, ut ista mente ubi te nobis seruet in columē. Louanij. XI. Calen. Ian. An. M.D.XVIII.

S R A T I O

SE V C O M P E N D I V M V E,
ræ Theologiæ per Erasmus
Roterodamum.

C V M P R I M V M N O V V M testamētum, à nobis recognitum, essem æditurus, flagitantibus id amicis quibusdam, methodum quandam ac rationem Theologici studij curauerā adhiciendam, breuem quidem illam, sed quæ tum mihi uisa est satis copiosa in operis pr̄fatio, ueritus, ne nō pr̄fatio, sed aliud opus operi additum uideretur. Quod si h̄ec ratio me nihil mouisset, tamē operis celeritas, iam ad metam de currentis, breuitatem flagitabat. Nunc idem agemus aliquanto copiosius, & ita rem temperabimus, ut si libeat, pr̄fatio nī vice possit addi, sin minus, separatim legi, nī mirū conuiuatores frugaliter splēdidos, & magnifice sordidos imitati, qui pridianorum obsoniorū frustula recentibus admixta, communi tegunt conditura. Atq; utinam pr̄stare queam, quod flagitor. Magnum quidem, ad Theolo-

Opus re-
textum.

Exhorta-
tio.

a giæ

i COMPEND. THEOLO.

Method⁹

γράμμα

Compen-
dium.

Pruerbi
rus, quā si cæcū cæco dux esse postulet,
um. iuxta puerbi Euangelicū. Evidem
iore in modū optarim, ut istuc uere que-

am
Hoc de agnōl. q̄as sp̄t ex
ps̄t s̄t p̄t br̄t t̄t q̄t l̄p̄t
m̄d̄ a m̄lo edoc̄.

PER ERASMVM ROT. ;

am inficiari, sed tamen quid uetat imita-
ri nautas quosdam, qui cum ipsi, nauī ad Simile.

scopulum elisa, nudi uix enatarint, nihi-
lo feciū alijs soluentibus solent recte co-

sulere, commonistratis periculis. Autcer
te mercuriales illas statuas πολυκεφα Simile.

λούσ, quæ quondam in Comp̄tis ponī
solitæ, suo nonnunquam indicio uiato-

rem eo puehunt, quo nunquā ipsæ sint
peruenturæ, & ut nonnihil ex poētis at-

tingam, fungi uice cotis, acutū Redde Simile ex
re quæ ferrum ualet, exors ipsa secandi. Horatio.

Postremo cæcus uti si monstret iter, ta-

men aspicc. Tametsi diuus Aurelius Au-

gustinus, accurate simul & copiose, quat-

tuor libris, quibus titulum fecit de doctri-

na Chr̄ltiana, super hoc propemodum

argumēto differit. Et ante hunc, opinor,

Dionysius quidam in opere, quod inscri-

psit de diuinis nominibꝫ, quo magis

nos idem agemus, non modo contracti-

us, uerum etiam crassius, & pinguiore,

quod aīunt, Minerua, quippe qui nequa

quam excellentibus uiris ista paramus,

sed rudibus ac plebeis, uenæq; inferioris

ingenijs, nostra qualicunq; industria ni-

a ij timur

4 COMPEND. THEOLO.

Primum timur subuenire. Itaque quod primo lo-
præcepit co præcipiendum erat, id sane per quam
facile & ut isti loquuntur, numero dici po-
test. Cæterū quod ad usum attinet, omni-
um est longe p̄imum ac maximum. Et
ut in præcipiendo minimum est negotiū,
ita est in præstanto plurimum. Nimirū
ut ad hanc philosophiam, non Platonici-
cam, aut Stoicam, aut Peripateticam, sed
plane cælestem, animum adferamus ea
dignum, non tantum purū ab omnibus,
quo ad fieri potest, uitiorum inquinamē-
tis, uerum etiam ab omni cupiditatū lu-
multū tranquillū, ac quietū, quo ex-
pressius in nobis, uel in amne placido,
aut speculo leui & extenso, reluceat æter-
næ illius ueritatis imago. Nam si Hippo-
crates, a suis discipulis exigit mores san-
ctos, & integros, Si Iulius Firmicus in ar-
te superstitionis, non admittit ingenitū lu-
cri gloriæ ue morbo corruptum, Si prisci
dæmoni cultores non recipiebant quen-
quam ad sua prophana mysteria, nisi pri-
us multis obseruationibus repurgatum,
quanto magis & quum est, nos ad huius
diuinae sapientiae scholam, seu templum
uerius,

*Animus
theologia
dignus*

*Hippo-
crates.*

*Iulius Fir-
micus.*

ÆPHEM701

PER ERASMVM ROT.

uerius, purgatissimis animis accedere. Paulus enarrationem arcane scripturæ, non philosophiam, sed prophetiam uocat. Prophetia uero, spiritus illius æterni donum est. Huic igitur pectus tuum præpares oportet, ut tu quoq; uerbo propheticō ~~θεοῦ τὰς ἔργα~~ uocari merearis. Adsit oculus fidei simplex & columbi-
nus, qui nō cernit nisi cælestia. Accedat semper ardor descendit. Non dignatur hoc incomparabile margaritū, uel amari uulgariter, uel cum alijs diligi. Sitientem requirit animum, & nihil aliud sitientem. Iam hoc sacrum limen adiuris, pro-eulabst omnis fastus, procul absit omne Mansuetudo. supercilium. Ab huiusmodi protinus resilit ille spiritus, qui mansuetis, minime que ferocibus gaudet animis. Augustū est huius reginæ palatium, si penetraris in penetralia, sed uehementer humili ostio pater adiutus, ceruicē submittas opore, si uelis admitti. Procul absit illa ueri nocentissima pestis, gloriæ fames, quæ ferocia solet ingenia comitari. Absit ri-xarum parens pertinacia, multo magis cæca temeritas. Quod Pythagoræ nume

*Theolo-
gia. Pro-
phetia.*

Fides.

Ardor.

*Mansue-
tudo.*

humilitas.

*Kevodo-
nia.
Contatio.*

a iij ros

¶ COMPEND. THEOLO.

ros quosdam magicos docenti, præstite
runt auditores, tu multo magis præstes
spiritui doctori. Tuo iudicio diffusus, illi
te fingendum, formandum & permittas.
Cum loca subis religione ueneranda, ex
oscularis omnia, adoras omnia, & quasi
nusquam non adsit numerus aliquid, ita ni
hil non reuereris. Id tibi multo religiosi
us faciendum memineris, cum hæc diuini
Quod legē nī spiritus, adyta subiturus es. Quod da
di sacri lis
bri.

Curias
tag.

autem

Tropi.

tur uidere, pronus exosculare, quod non
datur, tamen opertum quicquid est ado
ra simplici fide, proculq; uenerare. Absit
impia curiositas. Quædam mysteria, uel
ob hoc ipsum uidere mercberis, quod te
metipsum ab illorum conspectu reuercen
ter submiseris. Curias disciplinas cau
tim, ac fabrie uult Augustinus attingi, li
bros humanos uult cum iudicio delectu
que legi. Hic si quid occurrit, quod par
congruat in naturam diuinam, aut quod
cum Christi doctrina pugnare uideatur,
caue calumnieris, quod scriptum est, sed
te potius crede non assequi quod legis,
aut subesse tropum in uerbis, aut codice
esse depravatum. Veluti cum legis deum
irasci,

PER ERASMVVM ROT. 7

irasci, aut poenitentia tangi, cum id habe
at certum Christiana fides, deum ab affe
ctibus huiusmodi prorsus immunē esse.
Aut cum legis a Christo præcipi aposto
lis, ut diuendit's tunicis emant sibi gladi
os, cum idem antea uetusset, ne malo re
sisterent. Inter humanas disciplinas, aliæ
alium habent scopum. Apud rhetorem
hoc spectas, ut copiose, splendideque di
cas, apud dialecticū, ut argute colligas,
Scopus
& aduersarijum illaquees. Hic primus & studij the
unicus tibi sit scopus, hoc uotū, hoc unū ologici,
age, ut miteris, ut rapiaris, ut affleris, ut
transformeris in ea quæ discis. Animici
bus est, ita demum utilis, non si in memo
riace ustomacho subsidat, sed si in ipsis Profect
affectus, & in ipsa mentis uiscera trajicia argumen
tur. Ita demū ubi uideare profecisse, nō tum.
si disputes acrius, sed si telenseris paula
tim alterum fieri, minus elatum, minus
iracundum, minus pecuniarum, aut uo
luptatum, aut uitæ cupidum, si coridie ui
tis decedat aliquid, aliquid accrescat pie
Disputa
tati. In disputādo seruāda sobrietas, sum etio qua
mæque animi moderatio, ut collatio, nō les
conflictatio uideatur, lectionem subin
a iiiij de

8 COMPEND. THEOLOG.

Theologia moribus exprimenda. Iacobus iacobitatio. Quicquid sapientiam de claralem primitate ei manu manu factudine. de interrupat precatio, aut gratiarum actio, quarum altera sacri spiritus imploret opem, altera beneficium agnoscat, sicut te senseris profecisse. Quorundam emores faciunt, ut hoc sanctissimum studium apud quosdam male audiat, cum apicem ac saltigium huius professionis affectu, ferociores sint idiotis, ambitiosiores, magis irritabiles, lingua uirulentiores, ac prorsus ad omnem uitam consuetudinem incommodiorem, non modo quam sint imperiti, sed quam ipsi solcant esse, ut tales ab ipsa theologia redditi quibusdam videantur. Sanctus Iacobus admonet, ut qui ueram sapientiam sit assecutus, eam praestet ac declareret, non superciliosum, aut disputandi pertinacia, sed probitate morum ac mansuetudine. Porro scientiam, quae subamarulentam habet amulacionem, quae pertinacem contentionem, negat e supernis proficiisci, sed terrenam, sed animalem, ac demoniacam uocat. Nam sapientia uere theologica, primum, inquit, pudica est, deinde modesta, pacifica, tractabilis, plena misericordia, & fructibus bonis, nescia dijudicationis, nescia limu-

Iati

PER ERASMVM ROT. 9

Iationis. Iam quod ad eas attinet literas, quarum adminiculo commodius ad haec pertingimus, citra controvensionem prima cura dabitur perdiscendis tribus linguis.

Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ, quod cōstet, omnem scripturam mysticam, hisce pro

ditam esse. Quarum cum Augustinus latitudinem duntaxat calleret, Græcam leuiter

attigit, Hebraicam nec sciret, nec speraret, tamen libro de doctrina Christiana II. non dubitat harum cognitionem ad sarcos codices, uel intelligēdos, uel recte uendos necessariam pronuntiare. Quod,

quemadmodum incognitis elementorum figuris nemo legit quod scriptum est, Ita sine cognitione linguarum nullus intelligit quod legit. Neque vero mihi protinus hic resilias amice lector, negotijs difficultate, ceu claua repulsus. Si non desit animus, si non desit præceptor idoneus, mi

nore pœne negotio tres haec linguae discetur, quā hodie discitur unius semilinguae miseranda balbuties, nimirum ob præceptorum, tum inscitiam, tum inopiam. At

que hoc sane nomine, par est, ut clarissimi uiri Hieronymi Bussidi, quondam præpositi

Disciplinæ ad theologiāncēstariæ.

Tres linguae.

Augustini

Hieronymus Bussidi.

TO COMPEND. THEOLO.

positi Ariensis memoria sacrosancta sit, cum omnibus honestarum disciplinaru studiosis, tum præcipue Theologiae can didatis, qui fraudatis etiam haeredibus, ingentem pecuniarum uim in huc usum legato reliquit, ut honesto salario para rentur, qui Louanij tres linguis profite rentur, cuius¹ uidis non minima portio

Aegidius debetur & huius germano, Aegidio Bus Bullidi². lido, q sic fauet fratri testamēto, impo sic literis, ipse literatissimus, ut malit eam pecuniam iuuandis studiosis omnium, quam suis scrinijs augendis dicatam. Ex emplum hoc pulcherrimum gnauiter æ mulatur uir omnium sæculorum memo ria dignus, Stephanus Poncherius, epi scopus Parisiensis, undique præmijs amplissimis euocans, qui linguas doceant.

Stephan³ Ponches rius. Medio cris peris tia lingua rum. Nec flagitat Aurelius Augustinus, ut in Hebreis, Græcisq literis usq ad eloquē tiæ miraculum proueharis, quod admodum paucis contingit, & in Romano ser mone, satis est, si ad mundiciem & elegā tiā, hoc est, mediocritatē aliquam pro grediare, quod sufficiat ad iudicandum. Nam (ut omnis cæteras humanas dis ci plinas

PER ERASMVM R OT. II

plinas negligamus) nulla ratione fieri potest, ut intelligas quod scriptum est, si sermonis, quo scriptū est, fueris igna rus, nisi forte malum otiosi, quicquid hoc est muneris, cum apostolis ē cælis expectare. Nec enim audiendos arbitrор istos quosdam, qui cum in sophisti cis tricis, & illiteratis literis usq ad decrepitā etatem cōputrescant, dicere solent. Mihi satis est Hieronymi trāslatio. Sic enim potissimum respondent hi, qui ne latine quidem scire curant, uthis etiā frustra uerterit Hieronymus. Cæterum Rationes ut ne dicam interim, plurimis modis re quare ne cessariæ ferre, ē suis haurias fontibus aliquid, an linguae. ē qualibuscūq lacunis. Quid quod quædam ob sermonū idiomata, ne possunt Idiomata quidē ita transfundī in alienam lingua, sermonū ut eandem lucem, ut natuā gratiam, ut parem obtineat emphasis? Quid quod quædam minutiora sunt, quā ut omnino reddi possint: id quod passim queritur, clamitatque diuus Hieronymus. Quid quod pmulta ab Hieronymo restituta, temporum iniuria interciderunt, uelut Euangelia ad Græcam ueritatem emen data,

12 COMPEND. THEOLO.

data, uelut obelorum, & asteris corum no
tulae, ueluti prophetarum, commatis, colis
& periodis distinctis? Quid quod scripto

Deprava
tiocodicū
rum uel errore, uel temeritate sacri codi-
ces, tum olim uitiani sunt, tum hodie pas-
sim uitiantur? Quid qd Hieronymus unus
omnia, nec restituit, nec potuit restituere?
Quid si idem quædam perpera uel emen-
dauit, uel trastulit? Aufer mihi hic illatra-
gica, o cælum, o terra. Liceat uera loqui,
quamlibet uir pius, quamlibet eruditus,
homo crat, & falli potuit, & fallere. Mu-
ulta, ut opinor, illum fugerunt, multa se fel-
lerunt. Postremo, quid quod nec ea com-
mætria, qbus Hieronymus ea restituit,
satis intelligunt, si linguas, quaꝝ testimo-
nijs nítitur, prorsus ignores? Quod si se-
mel sufficiebat Hieronymiana translatio,
quorsum tandem attinebat, caueri ponti
ficum decretis, ut ueteris instrumenti ue-
ritas ab Hcbræis uoluminibus, noui si-
des e Græcorum fontibus peteretur? Qd
Ipsum nō uno in loco præcipit Augusti-
nus. Deniq; si hæc qua uulgo utimur, sa-
tis erat, q postea factum est, ut tot manife-
starijs ac pudēdis erratis lapsi sint primi
nominijs

PER ERASMVM R O T. 13

nominijs Theologi? Id quod aptius est,
quā ut uel negari, uel dissimulari possit.

In quibus est & Augustinus int̄cr antiq; s

præcipuus, & ipse neotericoruim, mea

sententia, diligentissimus Thomas Aquinas

Thomas Aquinas
laudatus.

nas, quem mihi parum propitiū esse ue-

lim, si aut mentior, aut contumelie caus-

sa hæc dico. Ne quid interim loquar de

cæteris, cum hoc haud quaquam confe-

rendis, meo quidem iudicio. Quod si cu-

ius ætas iam ad hoc præteriit, is, quod est

uiri prudentis, suam sortem boni consu-

lat, & quantum potest, aliena fulciatur in-

dustria, modo ne bonæ spei iuuenibus,

quibus hæc potissimum scribuntur ob-

strepat. Quanquam ego profecto, ne se-

nibus quidem fuerim autor desperandi,

quandoquidem quattuor nominatim re-

gensere possim, mihi familiariter notos,

uiros iam libris etiā editis celebres, quoꝝ

rum unus duodequinquaginta natus an-

nos, nemo non maior XL. prima Græ-

ci sermonis elementa sit aggressus. Por-

roquo profecerint, ipsi suis testantur mo-

nimentis. Quod si Catonis exēplum leui-

Nec senis
bus despe-

randæ lin-

guæ.

Cato se-
nex Græ-

cæ didicit

episco-

14 COMPND. THEOLO.

Augusti episcopus, iam senescens, ad græcas literas puerο degustatas quidem, sed fastiditas, reuersus est. Rodolphus Agricola, unicum Germaniæ nostræ lumen, & ornatum, annū egressus XL. Hebræas literas discere nec erubuit, uir in relietaria tantus, nec desperauit homo natutam grandis. Nam Græcas adolescēs imbiberaunt. Ipse iam LIII. ingressus annum, ad Hebraicas literas olim ut cunq; degustatas, cum licet recurro. Nihil est em quod non efficiat humanus animus, modo sibi imperarit, modo impense uelit. Et ad hoc, ut dixi, negotiū, qualiscunq; mediocritas satis est, dum ea sane absit à temeritate, quæ ferè solet hoc audacius punitiare, quo minus exacte dijudicat. Felicior quidem hac in parte iuuentus, at in terim non desperāti sunt senes. Illa plus specie se præbet, at huic nonnunquam ardor animi præstat, quod alijs non præstat ætatis uigor. Porro lentetiam Hilarij, & Augusti Augustini, qui putant in ueteris instru- ni opinio menti libris nihil requirendum ultra septuaginta translationem, satis in epistolis, ac præfationibus ipse refellit Hieronymus

PER ERASMVM ROT. 15

nymus, & si non refellisset ille, satis refel lebat insignis ille lapsus Hilarij, in dictione Osanna, diuo quoque Ambrosio ad eundem impingente lapidem. Sed more hominum fit, ut tantum quisque probet, quantum se a se qui posse confidat. Ad interpretationem septuaginta uetus testamentum contulit Augustinus, multomagis idem facturus ad Hebraicam ueritatem, si literas eas tenuisset. Porro si rara quædam felicitas, & alba, quod dicci solet, indeoles, insignem Theologum polliceri uidebitur, haud mihi displicet, qd in libris de doctrina Christiana placuit Augustino, ut cautim, ac moderate degustatis elegatioribus disciplinis perætatem, instituatur ac præparetur, nempe dialectica, rhetorica, arithmeticæ, musica, cum primis autem rerum naturalium cognitione, uelut syderum, animalium, arborum, gemmarum, ad hæc locorum, præsertim eorum, quos diuinæ literæ cōmemorant. Fit em ut agnitis ex Cosmographia regionibus, cogitatione se quamur narrationem obambularem, & omnino non sine uoluptate, uelut una circum-

Dialecti-
ca.

Rhetori-
ca.

Arithme-
tica.

Musica.

Physica.

Cosmos

graphia.

Historia.

circuferamur, ut rem spectare videamur, non legere. Simulq; non paulo tenacius harent, quæ sic legeris. Neque uero raro locorū uocabula suis libris, ceu lumina quaepiam, interiçiunt Prophetæ, quorū allegoriam si quis tractare conetur, nec tuto, nec feliciter id fecerit, si locorum situm ignoret. Nam si gentium, apud quas res gesta narratur, siue ad quas scribunt apostoli, non situ modo, uerū etiam originem, mores, instituta, cultū, ingeniu ex historicorum literis dīdicerimus, dictu mirum quantum lucis, & ut ita dicā, uitæ sit accessum lectioni, quæ profus oscitabunda, mortuaque sit oportet, quoties non hæc tantum, sed & omnium pœne rerum ignorantur uocabula, adeo ut nonnunquā uel impudenter addiuinantes, uel sordidissimos consulentes dictionarios, ex arbore faciant quadrupedem, γελοιον εγемма pisces, εγitharedo flumium, ex oppido fruticem, εγlydere auem, ex brasica bracā. Abude doctum uidetur istis, si tantum adiecerint. Est nomē gemmæ, aut est species arboris, aut est genus animalis, aut si quid aliud mauis. At qui non

/non raro ex ipsa rei proprietate p̄det intellectus mysterij. Quod euīdētius declarat Augustinus libro de doctrina Christiana secundo, capite decimo sexto, exēplis aliquot in eam rem arguendam ad ductis. Porro quidā sola dialectica freti, *Dialecti* satis instructos se putat, ut quauis de re ea sola nō differant. Et probat quidem Augustinus sufficit ad si quis connexionum rationes teneat, modo ab sit peculiaris huic arti morbus pertinax contētio, ac libido rixandi. Sed obsecro te, quid diuides aut finies, aut quid colliges, si rerū, de quibus differitur uim ac naturam ignores? Quid profuerit tibi cōcinnasse syllogismum in Celarent aut Baroco, de crocodilo disputans, si nescias quod arboris aut animalis genus sit crocodilus? Nec uero hæc tā discunt ex octo libris naturalium Aristotelis, qui soſcitatur physi nunc traduntur in scholis, quam ex erū ſic ditissimis eiusdem commentarijs de animalibus, ex libris meteorologicon, ex problematis, ex Theophrasti libris de plantis, uentis, ac gemmis, ex Plinio, ex Macrobiō & Athenæo, ex Dioscoride, ex Senecæ naturalibus, alijſq; hoc genus b scri-

Poetæ

scriptoribus, etiam si non mediocriter ad hanc eruditionis partem conducunt Poëtæ, apud quos frequens huiusmodi rerū descriptio, uelut apud Lucanum, quanta descriptio uenenorū: Oppianus uero etiam ex professo de piscium, ac ferarum naturis prodidit. Nicander de noxiis bestiis. Sunt quædam artes, quas Augustinus inter superstitiones & improbatas recenset, e quarum ritibus quædā narrationes ducuntur in sacris literis. Profuerit igitur & harum superstitiones obseruationes non ignorare, quam ad rem potissimum conseruat lector lectio Poëtarum, subinde magicas ineptias depingentium. Conferrent & Se nec a libri de superstitione deorum cultu, si modo extarent, quos Augustinus se legisse testatur. Et sunt quidā, aut fuere potius, qui sua industria Christianorū otio consuluerunt in hac parte, explicatis uocabulis, ac naturis earum rerū duntaxat, quarum in diuinis librī habetur metio, quorum de numero fuit Eusebius Cæsariensis Episcopus. Et extant hodie quoq; in hoc genere nonnulla monumēta, pars tim Hieronymi titulo, sed, ut apparet cōfusa

Oppianus.

Nicander

Malas eti
am artes
conuenit
non igno
rare.

Eusebius

fusa mutilaq;. Tametsi nec ista legimus plerique, sed si qua uox ignorantæ, seu peregrinæ linguae inciderit, tripodis uice nobis est Ebrardus Græcista, aut confusissimus ille libellus de nomib; Hebraicis, quibusdam ad omnia satis est unus Ca- tholicon, aut hoc eruditior Isidorus. Nec illud, opinor, inutile fuerit, si Theologiae destinatus adolescens, diligenter exercetur in schematis, ac tropis grāmaticorū r̄hētoricis, quæ nō magno negotio cdi- scuntur, etiam præludat in fabulis ad allgoriam explicādis, præsertim ijs, quæ ad mores bonos p̄tinēt. Veluti si Tantali fabulā accōmodes ad diuitē incubātem & inhiani ē opib; suis, nec tamen fruentē, Si Phaētōtis, ad pericolosam temeritatē suscipiētis magistratum, qui magistratū gerendo non sit idoneus. Idem fiat in apologis, in similib; de quibus à nobis nō nihil est proditum. Tum in his præcipue partibus rhetorices, quæ tractant de statibus, de p̄positoib; de p̄batoib; de amplificatoib; de qbus accuratissime tractat Fabius, deq; gemis affectibus, alteris q; H̄θH uocat, mitiorib; alteris acriorib;, b ij quos

Catholicon.
Isidorus.
con.

grāmatice.

Progymnasmata

Theologiae

gi futuri.

20 COMPEND. THEOLO.

quos πατέρες dicunt, de quibus nemo diligentius scripsit Aristotele, quod harum rerum peritia maiore in modum faciat ad iudicium, quæres in omni studiorum genere reualet plurimum. Et quoniam professio Theologica magis constat affectibus, quam argutijs, quas in Ethnicijs quoque Philosophis ipsi rident Ethnici, Paulus in Christiano detestatur, idque non uno in loco, conueniet non seleniter per ætatem in hoc genere exerceri, quo postea dexterius in Theologicis allegorijs, locisque communibus tractadis versari possit. In illis felicissimus est Origenes, in his creberrimus est Chrysostomus. Hoc nō fallor, videbat Augustinus, cum Licentium suum ad suas musas, à quibus iam parabat desciscere, reuerti iubet, quod eiusmodi studia, ad cæteras item literas seriasque disciplinas reddant ingenium uegetius ac succulentius. Alioqui si quis tantum infantibus illis, & anxijs, incunisque præceptiunculis imbuatur, puta dialectices, aut uerius, ut nūc fere traditur, sophistices, quam ipsa tamen cotidie nouis & commentitijs difficultatibus, aliam atq[ue] aliam reddūt, sit,

Licentius
Augustini
ni.

PER ERASMVM ROT. 21

ut ad contentionem quidem inuictus euadat. Cæterum in tractandis diuinis literis, in sacris concionibus, deum immortalem, quam uideamus istos iacere, frigere, immo quam nō uiuere, quorum praecipuae partes erat, animos inflammare. Cuius rei si quis exemplum requirat, legat Origenis homiliam, de Abraam iusso filiu immolare, in quo typus & exemplar oboculos ponitur, fidei robur, omnibus humanis affectibus esse potentius. At operæ pretium sit, singulis pensitatis spectare, quibus & quot machinis tentatio, patris animum impetat, ac recipet, Tolle, inquit, filium tuum. Cuius parentis animum non labefactaret filij nomine? Sed ut ualidior esset hic aries, addit, charrissimum. Nec hoccotentus, adiecit, quem diligis. Satis haec uideri poterat, ad quod libet humanum pectus expugnandum. Additum dulcissimum paternis affectibus filij uocabulum, Isaac, in quo refricitur & promissi diuini memoria, à quo auferat, In Isaac uocabitur tibi semen, & in Isaac erunt tibi repromotiones. Optabat posteritatem uir optimus, nec erat huius

b in ulla

In præcis
p[ro]prio Theo
logiae mu
nere fri
gent.
Abraam
tentatus
apud Ori
genem

Gent. 22.

Tolle filij
mei.

Chariss.

& d[omi]n[us]

Iacob.

22 COMPEND. THEOLO.

ulla spes reliqua occiso eo, per qucm unū uentura erat posteritas. Et tamen hunc non simpliciter iubet occidi, sed imperat immolari, ut inter apparandum identidem cruciet senis animū affectus pictatis. Multa grauiāq; tentationis pondera. Super hec omnia iubetur motem excelsum consondere, ad quem tertio demum die peruentum est, ut diu uariis cogitationibus parentis animus quateretur, hinc sollicitante affectu humano, hinc urgente iussu diuino. Iam cū inter eundem puer lignis, quibus exurendus putabatur, onustus, parentem, ignem gestantem & gladium, appellās dicit, Pater mi. Atq; is respōdet, Quid uis sili? Quanto arictē charitatis arbitramur pulsariū senis animū? Cui uero non commoueat miserationis affectum, pueri patri obsequentis simplicitas, cum ait, En ignis & ligna, sed ubi uictima? Tot modis sollicitata fides Abrahæ, iam mihi uide, quo robore, quāq; constantia iussa peragit. Non responsat dco, non ex postulat de fide promissi, nō deplorat orbitatem suam apud amicos & cognatos, quibus rebus utcūq; leniri solet dolor.
co procul

PER ERASMVM R O T. 23

co procul conspecto iubet residere famulos, ne quis iussa peragēti obsisteret, filiū onerat lignis, ipse strue in altari collocat, ipse filiū alligat, & lignis mactādum atq; adolendum imponit, reducto brachio uibrat ensem, filium unicum omnē posteritatis adamatæ spem, fugylaturus, ni subito uox angelica senis dextrā inhibuisset. Hæc copiosius, & elegantius ab Origene differuntur, haud scio maiorenē uoluptate lectoris, an fructu, cum tātum interim in historico sensu uersetur, nec aliud agat in diuinis libris, quā Donatus egit in comediiis Terentianis, dum poetæ consiliū aperit. An cadem uisurus erat, qui politores literas nunquā attigisset? Qui uix degultatis grāmaticæ præceptis, idq; ex autoribus male grammaticis, mox ad spinosas argutias, & ieūinas quæstionum anxietates raptus, in his consenuit? Possem exemplis innumeris declarare, quā frigide, ne dicam ridicule, ineptiant quidam, quoties est encomio celebrādus diuus aliquis, aut hymno, aliisque scripti genere utēdū, quod splēdorē, & affectū desiderat. Huiusmoi Theologis debemus b iiiij hymnos

24 COMPEND. THEOLOG.

Cantus / hymnos quosdam, & cantica, quas uul-
 gus sequentias appellat, quæ nemo do-
 cetus uel absq; risu, uel absq; nausea legat.
 Verum in præsentia, non hoc nobis agi-
 tur, ut cuiusquā inscitiā traducamus,
 sed ut ad optimam studij rationem inui-
 temus adolescentes. Tantum illud dicam
 in genere, si quis huius rei promptū ali-
 quod argumentum requirat, ueteres illos
 Theologos, Originem, Basiliū, Chry-
 sostomum, Hieronymum, cum hisce re-
 centioribus componat, conferat que, ui-
 debit illīc aureum quoddam ūre flumen,
 hic tenues quosdā riuiulos, eosq; nec pu-
 ros admodū, nec suo fonti respondentes.
 Illīc uelut in felicissimis hortis affatim, tū
 oblectaberis, tū expleberis, dū hīc inter
 spineta sterilia dilaceraris, ac torqueris.
 Illīc maiestatis plena omnia, hic adeo ni-
 hil splēdidum, ut pleraq; sordida, partiq;
 digna dignitate Theologica. Quod si di-
 uitius immorādum sit prophanis literis,
 equidem id fieri malim, in ijs, quæ ppius
 affines sunt arcanis libris. Necq; uero me
 clam est, quanto supercilio quidam con-
 temnant poëticen, ceu rem plusquā pue-
 rilem

PER ERASMVM ROT. 25

rilem, quanto rhetoricen, quanto bonas,
 ut uocant, & sunt, literas omneis. Atta-
 men hæ qualibet istis fastiditæ literæ, in-
 signes illos dedere Theologos, quos nūc
 proclivius est negligere, quam uel intel-
 ligere, uel imitari. Cuius rei si quis sibi fi-
 dem fieri postulet, dispiciat quam multis
 hoc quicquid est poëticæ seu grāmaticæ,
 ut aīunt, facultatis æmulari conatis, non quuntur.
 Pauci pos-
 eticæ etiā assē
 successerit. Anominibus tēpero, ne quē
 offendam. Poëticis figuris, ac tropis sca-
 tent undique prophetarū literæ, Parabo-
 lis omnia pœnē conuestiuit Christus, id
 quod poëtis est peculiare. Neq; puerilis
 operæ putauit Augustinus, i propheticis
 ac Pauliniis literis, schemata rhetor., & os-
 ratōis cesuras ac circuitus indicare, in li-
 bris de doctrina Chrīiana, à grāmaticis, p-
 nūtiatois, & syntaxeos differentiā petere
 Nō referā hic, qd̄ immortalitate digniūiri,
 Gregorius Nazīzenus, Damasus, Pau-
 linus, Iuuencus Christi mysteria poëticis
 carminibus tractarint. Ipse Paulus Apo-
 stolus non semel abutitur poëtarum testi-
 monijs. Vbi tandem in his literis, quod
 Aristotelem, qualibet argutu, aut erudi-
 b) tum,

tum, quod impiū Auerroēn referat. Vbi primarum & secundarum intentionum, Vbi formarum syllogisticarum, ubi formalitatum, aut quidditatū, aut etiam eccentricatum ulla mentio, quibus apud istos differta sunt omnia? An idco parū argute differunt, quod non in conclusiones & corollaria dillicent omnia? quod nō prius dicant, quid dicturi sint, quām dicāt: ac rursum admoneat sibi dictū esse, quod aliquoties dictū non est: quod nō sermonem omnē uerbatim pene cōcīsum, contrūcent: Hæc pars diuiditur in tres. Prima rursus in quattuor, atq; harū singulæ in ternas. Prima ibi. Secunda ibi. Hæc de mū nobis erudita uidentur, quæ sunt frigidissima, & his à pueris assueti, nihil intelligimus, nisi quod ad eum modum sit frustulatum disceptum. In cæteris pfessiōnibus pulcherrimū, ut est, habetur, si suos quisque principes & autores referat, Vergilius expressit Homerum, Theocritum, & Hesiodum. Horatius Pindarū, & Anacreontem. Auicenna, Galenum. Cicero Demosthenē. Platonem Xenophon. Aristoteles, qñihil nō tractauit, p diueris

Imitatio
au:orum

diuersis argumentis, diuersos. Aristotele Theophrastus, Themistius & Auerroēs Cur soli nos ausi sumus à nostræ Philosophiæ principib; tota differend; ratio ne desciscere? Quid enim tam dispar, ac discrepans à stilo prophetarum, Christi, & Apostolorum, quā h̄dc, quo qui Thomam ac Scotū sequuntur, nunc de rebus diuinis disputant: Augustinus sibi grati latur, quod quā uarijs erroribus adhuc circumferretur, in Platonem potissimū inciderit, quod huius dogmata propius accedit ad Christi doctrinā. Et à finitimijs, cognatisq; procluuior est trāsitus. Nec uero hæce dixerim, quod damne ea studiā, quæ nūc serc uideamus in publicis scho lis solenia, modo sobrie casteq; tractetur neq; sola tamē. Cuiusmōi uero, citra philosophiā Aristotelicā nō audere Theologū, pfiteri, sine grāmatica, sine rhetorica, sine oīs antiquæ ac politioris eruditioīs cognitoe, uel antcsignanū ordinis Theo logici pfiteris? Proinde cōplete et illa, si uides, pauci, q̄s æquus amauit luppit, ut uerbis utar Vergiliāis, et qbus uacataz liquā ætatis partē pdere. Nos plebeiu & pro-

Simile.

properatē instituimus Theologiæ ty-
rone. Tamen si ut in genue, quod sentio,
dicam, mibi parum tutum uideretur, ad
Theologiæ destinato, in prophanis stu-
dīs, præseruum alie uoribus cōfēnēscere.
Fit enim ut qui palatum ac lingua multo
absynthio habeant infectam, iis quicquid
deinde biberint aut ederint, absynthium
sapiat, & qui diutius in sole uersati sunt,
iis deinde quicquid uiderint, eo se se offe-
rat colore, quæ ipsi secum in oculis glau-
comate uitiat, circumferunt. Ita qui bo-
nam uitæ partē in Bartholīs ac Baldīs, in
Auerroībus & Durandīs, in sophisticis
cauillationib⁹ posuerunt, iis diuinæ li-
teræ non sapiunt, id quod sunt, sed quod
illi secum adferūt. Etenim ut elegans est
fortassis in tractatione diuinarum littera-
rum, non nihil uelut ab exoticis illis op-
ibus obiter aspergere, ita uehementer ab-
surdum uideatur, cum rem tractes ab omni
sapientia mundana longe diuersissimā,
nihil crepare, nisi Pythagoram, Platone,
Aristotelem, Auerroen, & his propha-
niores autores ad horū opiniones, uelut
ad oracula obstupecere. An nō istud est
Christi

Christi cælestem philosophia, non con-
dire, sed prorsus aliam reddere? Taxatur
Chrysippus qđ totas Tragoedias in eius
cōmentariis, quos de logicis conscripsit, Chrysip-
reperi licuerit. Quo iustius nos taxauer-
rit aliquis, si uideat plus quam totū Ari-
stotelem in Theologorum cōmentariis
inueniri? Quod si quis clamabit, absq; ex
acta horum cognitione nō esse Theolo-
gum, equidem consolabor me ipsum tot
insignium uiroꝝ exēplis, Chrysostomi, Veteres
Cypriani, Hieronymi, Ambrosii, Augu- Theologi
stini, Clemētis, cum quibus rhetorculus ferè rheto
esse malim, quā cum quibusdam, qui sibi
plusquā homines uidentur, Theologus. res erant.
Deniq; cōsolabor me ipsum exēplo Petri
ac Pauli, qui ista nō solum non cailuerūt,
uerum etiam dominant aliquoties. Certe
constat nusquam usos esse. Quædam di-
dicisse oportet, nondiscere, ut inquit Se-
neca. At quale spectaculū est octogenariū
Theologū nihil aliud, quā in scho-
lis dialecticā, ac philosophicā, uel docere,
uel decertare palestram? Hic sine fine gar-
rire, ad prædicandum Christi euangelium
elinguem? Et ad extremū usq; uitæ, nihil
aliud

30 COMPEND. THEOLO.

aliud quam disputare? Qui serci bellicae parant, iis potissimum exercentur, quae ad uictoriā certissime conducunt. Aliptae futurum athletā, iam tū a puero delectū, sīn gunt ac formant in futura certamina, & ad scopū suū omnia destināt. At p̄cipu us Theologorū scopus est, sapienter enar rare diuinās literās, de fide, non de friuo lis quæstionib⁹ rationē reddere, de pie tate grauiter atq; efficaciter differere, la chrymas excutere, ad cælestia inflamare animos. Ad hæc iam inde, a studiorū ini cito præludat futurus Theologus, potius quam in alienis literis consenescat. Illud mea sententia magis ad rem pertinuerit, ut tyrunculo nostro dogmata tradantur, in summā, ac compendium redacta, idq; potissimum ex Euangelicis fontibus, mox Apostolorū lītris, ut ubiq; certos habeat scopos, ad quos ea quæ legit conferat, uelut illa, ut exempli causa paucula note. Christum cælestem doctore, nouū quē dam populum in terris instituisse, qui totus ē cælo penderet, & omnibus huius mū dī p̄sidiis diffisus, alio quodam modo diues esset, alio sapiens, alio nobilis, alio potens,

P̄cipu
us Theo
logorum
scopus

Summa
doctrinæ
Christianæ

PER ERASMVM R O T. 31

potens, alio felix, quiq; contépturnerū Ex contes omnium, quas uulgas admiratur, felici tas. aut inuidentiam, nimirum oculo simpli cí, qui nesciret spurcam libidinem, ut p̄ Pudicitia te sponte sua castratus, angelorū uitam in carne meditans, qui nesciret diuortiū, quippe nihil non malorū uel ferens, uel emendans, qui nesciret iuriandum, ut Iusurans q̄ nec diffideret cuiquā, nec falleret quen dum. quā, nesciret pecuniae studium, ut cuius Avaritia: thesaurus in cælis esset repositus, non ti tillaretur inani gloria, ut q̄ ad unius Christi Cenodo xia, gloriā referret omnia, nesciret ambi Ambitio nationē, utpote q̄ quo maior esset, hoc magis se ppter Christum submitteret omni bus. Qui nesciret, ne lacesitus quidē, uel irasci, uel maledicere, nedū ulcisci, q̄pp; qui & de male merētibus benemereri stu deret, Qui ea morē esset innocētia, ut uel ab Ethnicis cōprobarent, q̄ ad infatulorū Innocētia puritatē, ac simplicitatē, ueluti renatus Siplicitas esset, q̄ voluerū ac līliore ritu in diē uiueret, Inter q̄s summa esset concordia, nec alia prorsus, quā mēbroꝝ corporis int̄ ipsa, Concor dia. inf̄ q̄s mutua charitas omnia faceret cōia, Charitas ut siue

Charitas ut siue quid esset boni, succurreretur cui deesset, siue mali quippiā, aut tolleretur, aut certe leniretur officio. Qui doctore

spiritu cælesti sic saperet, qui ad exemplū
Christi sic uiueret, ut iāl, ut lux et letorbi
sicut uita esset in edito sita, omnibusque

tandique conspicua, Qui quicquid pos-
set, id omnibus iuuandis posset, Cui ui-

ta hæc uilis esset, mors optanda, immor-
talitatis desiderio, qui nec tyranidem ti-
meret, nec mortem, nec ipsum deniq; sata
nam, unius Christi præsidio fretus, qui
modis omnibus sic ageret, ut ad extremū
illum diem semper esset uelut accictus ac

paratus. Hunc esse scopum à Christo pro-
positum, quo omnia Christianorum sint
referenda, licet interim tolerandi, fouen-
dique sint imbecilles, donec proficiant.

Hæc sunt autoris nostri dogmata noua,
quæ nulla philosophorum familia tradi-
dit, hoc erat uinū nouū, nō cōmittendū,
nisi nouis utribus. Hæc sunt per quæ re-
nascimur e supernis, unde & Paulus no-
uam creaturā appellat, quisquis in Chri-
sto est. Peripatetici tenent Aristotelis pla-
cita, Platonici Platonis decreta. Epicurei
tenet

Infirmi
fouendi,
non alię
nandi.

tenet Epicuri scita, multo magis cōuenit nos tanti autoris tenere dogmata. Sed in his pro rerū, & hominum uarietate non nullā differētia est. Quædā plane uerat, ⁸⁵⁷⁰ apte ueritatis inter nos di- ta à Chro uortia, ne sit liuor, ne sit ambitio, ne studi um pecuniæ, ne uindicta, ne suspicio, ne obtrectatio, quos omneis affectus, quanto studio, quantoq; consilio eximendoscus rarit ex animis suorum discipulorū, mox aliquato copiosius indicabimus. Quædam plane præcipit omnibus, quod ge- Precepta nus est, de mutua charitate, de condonan dis fratrum erratis, de tollenda sua cuiq; cruce, quod si recuses, non agnoscit Chri stus discipulum, de mansuetudine, cum ait Matthæi cap. xi. Discite a me, qd mi tis sum, & humiliis corde, & inuenietis re quiem animabus uestris, De fide, quam ubiq; requirit, de beneficentia in omnes, aliisq; his consimilibus. Quædā ita com Non exas mendat, ut tamen nō exigat, præmio solēta licitans, qui possint assequi, non pœnam cōminans, si nequeat. Si quidē Matthæi capite decimonono, beatos pronuntiat eunuchos, qui seipso execuerūt, & eu i rarunt

rarunt propter regnum dei. Nō dicit ins felices, qui legitimū matrimoniu castē pureq̄ colūt. Fortassis huc ptinet, quod Iuueni dicit, Si uis perfectus esse, uade uende omia quae possides, & ueni seque reme. Nam mihi potius uidentur, ad universos Christianos ptinere, quoꝝ nemo nō debet esse hoc animo, ut si qd eiusmo di postularit Christi gloria, cuncta libe ter sit p̄ derelictis habiturus. Nam perfe cti nomine Christianū designat. Erat ille probus Iudæus, supererat, ut Christi discipulus factus, perfecta iam sequeret. Nihil in rebus humanis nec pfectum, uerum in suo cuiq̄ statu perfectionis stu dium adesse debet. Quādam contemnit

Contempnata. Christus ac uelut indigna se reiçit, ueluti cum Luce cap. xij. inuitatus ad diuidē dam hæreditatē, Homo, inquit, quis me constituit iudicē aut diuisorem sup uos? Quādam ueluti dissimulat, tanquā ad se non ptineant, aut tanquā ad ea sit indis se rēs, quod genus, cū apud Matthæū cap. xvij. Petru interrogat, utri deberent tri butū regibus, filij, an alienigenæ, uelut

Dissimulata. Quādam ueluti dissimulat, tanquā ad se non ptineant, aut tanquā ad ea sit indis se rēs, quod genus, cū apud Matthæū cap. xvij. Petru interrogat, utri deberent tri butū regibus, filij, an alienigenæ, uelut earum rex imperitus ac rudis, ut quae ad huius

Detributis.

huius mudi sordes ptineret. Ac perinde locutus quasi nō debeat, tamē dari iubet didrachmū, haud p̄ omib⁹ tamen, sed p se dūtaxat, ac Petro. Huius generis & illud, qd apud Matthæū cap. xxij. insidio. De censu. se rogatus, num oporteret tributū pēdere Cæsari, iubet exhiberi numisma uelut ignotū, eo uiso, roget cuius efflet imago, & cuius inscriptio, tanquā id quoꝝ ne sciret. Ac de tributo Cæsari reddendo, respondet nō sine ambiguitate, Date Cæsari quae sunt Cæsarīs, Si qd illi debet, sol uite. Sed illud ad me magis ptinet admonere, ut detis deo, quae dei sunt. Ad consilium modum adulterā in adulterio deprehensam, apud Ioannem euangelistā, nec damnat, nec tamen palam absoluīt, sed admonet, ne iteret cōmissum, nolens hominum necessarijs legibus suum ius adimere, & tamen damnatiois autor esse nolebat, qui uenerat seruandis omib⁹, quod quidem in ipso fuit. Rursus apud Lucam, renuntiantibus quibusdam, de Galilæis horrendo nouoꝝ affectis supplicio, quorū sanguinē Pilatus miscue rat cum ipsorum sacrificijs, nec probat,

c ii nec im-

nec improbat legum seueritatem, sed exemplo ad occasionem admonitionis abutitur. Putatis, inquit, quod hi Galilæi præ omib[us] Galilæis peccauerint, quia talia passi sunt? Non, dico uobis, sed nisi resi pueritis, omnes similiter peribitis, sicut illi decem & octo, in quos incidit turris

*Circūstā
tiæ faciūt
ad intelle
ctum.*

in Siloë, & occidit eos. Accedit hinc q[uo]d lucis nō nihil ad intelligendum scripturæ sensum, si perpendamus, nō modo quid dicatur, uerum etiam a quo dicatur, cui dicatur, quibus uerbis dicatur, quo tempore, qua occasiōe, quid præcedat, quid cosequatur. Siquidem alius sermo decet Ioannē Baptistam, alius Christū. Aliud præcipitur rudī populo, aliud apostolis. Rursus aliud præcipitur apostolis adhuc rudibus, aliud formatis iam & institutis. Aliter respondetur insidiōse interrogantibus, aliter simplici animo sciscitatiibus. Denique series ipsa narrationis altius repetita, sententiam aperit, alias obscuram. Sæpen numero locorum collatio nodum explicat difficultatis, dum quod alibi dictum est tectius, alibi dilucidius refert. Et quoniam totus ferme Christi sermo figuris ac tropis

tropis obliquus est, diligenter odorabitur Theologiæ candidatus, quam sustineat personam is qui loquitur, capitis an mē-
brorū, pastoris an gregis. Siquidē Chri-
stus cum, in cruce patrem inclamās, ait,
Deus meus, deus meus, quur deseruisti
me? Longe à salute mea uerba delictorū
meorum, non capitis, sed membrorum suo Mēbro-
rum uoce loquitur, autore diuino Augusti-
no. Item dum mōret, dum angitur, dum
poculum deprecatur, uideatur membro-
rum affectum in se trāstulisse. Rursus dum
imminētibus satellitibus, ait, Si me quæ-
ritis, sinite hos abire, pastoris & episco-
pi plonam agit, Apostoli gregis. Nam
pastoris officium est, si quando ingruat
persecutionis procella, pro gregis inco-
lumentate suum caput obijcere periculis.
Porro discipuli, dum metu territi diffugunt,
Petrus dum abiurat dominū, dum
percutit gladio, gregis adhuc infirmi, &
in spem meliorum cofouendi personam
sustinet. At dum flagellis concinnatis ne-
gotiatorum turbam profligat e templo,
summi pastoris agit parteis. Non unquam
ex alieno loquitur affectu, ueluti cum Ca-
tificis.

Personæ.
loquētis.

Pastoris.

Gregis in
firmi.

38 COMPEND. THEOLO.

nanæx improbius interpellanti, respon-
Iudæorū det. Non est bonum, sumere panem filio-
rum, & obijcere canibus, Iudæorum uo-
celoquitur, qui se solos hominū sanctos esse ducebant, Cananæos, Samaritanos,
ac reliquas prophanas nationes pro im-
puris & canibus habebant, cū apud Chri-
stum non fnerit ullum gentis discriminē,
nisi pro temporis dispēlatione. Nouerat
eius mulieris animū, Iudæorū fidei præ-
serendum esse, uerum id uoluit infigere
suæ gentis animis, regni cælorū fore par-
ticipes, qui quacunq; origine per fidem
in hoc irrupissent. Rursum cum suos in-
terrogat, Vos quem me esse dicitis? Capi-
tis personam agit, Petrus totius populi
Christiani uoce & uice responderet, Tu es
Christus filius dei uiui. Nullus em est in

Corporis corpore Chri, a quo nō exigat ista cofes-
torius. Tu es Chrs filius dei uiui. Consimili-
ter qd Petro dicitur, Tu es Petrus, & sup-
hanc petrā ædificabo ecclesiā meā, & tibi
dabo claves regni cælorꝝ, ad uniuersum
populi Christiani corpus ptinet. Ediuer-
so cū Petro ter amore pfesso, dicit, Pasce
agnos meos, Chrs sumi pastoris, hoc est,
capitis

PER ERASMVM R O T. 39

capitū uices sustinet, Petrus cuiusuis epi- Episcopī.
scopi typū gerit, cui non cōmittit grex,
p q mortuus est Chrs, nisi uehemeter a-
mantī Chrm, nec usquā spectanti, nisi ad
hui⁹ gloriā. Neq; uero dictū est, rege, aut
subige oues, sed pasce, neq; dictum est o-
ues tuas, sed, meas. Alieni gregis pastor
es, non dominus, uide ut oues bona fide
annueres, tibi creditas. Itidem Paulus in
epistolæ ad Romanos cap. vii. cum mul-
ta questus de carne sua spiritui rebellant
te, tandem exclamat, Infelix ego homo, q̄s Peccato-
me liberabit de corpore mortis hui⁹: nō ris.
sua uoce loqtur, ut opinor, sed alterius cu-
i sp̄ia adhuc imbecillis, & q cupiditatib-
us suis etiānum impar esset. Quanqua-
tū psonar; obseruata ratio plurimū ha-
bet momēti in ueteris instrumēti literis,
uelut in pphetis, in psalmis, in catico cati-
corū, tamē frequent & in nouo testamē-
to locū habet, præserti in Paulinis eplis.
Quædā autē ita pponuntur, ut ad omneis Gradus.
quidē ptineant, at nō citra discriminē, qd
genus est, qd cū Apostolis loques dicit,
Vos estis sal terræ, uos estis lux mudi, sic
ad omes Chri religionē pfistentes ptinet,

c iiiij u præ-

40 COMPEND. THEOLOG.

ut præcipue tamen ad episcopos, ac magistratus. Item cum ait, Estote perfecti, si cut & pater uester cælestis perfectus est, omnibus suis ostendit, quo sit enitendū, quanquā id maxime præstādum ijs, qui præsunt ecclesiæ Christi. Ut psonarum igitur, sic & temporū obseruata uarietas, obscuritatem disscutit in arcani literis.

Tempo^o
rūratio. Nec enim quicquid Iudæis, uel imperium est, uel interdictum, uel permisum, ad Christianorum uitam est accōmodandum. Non quod in ueteris instrumēti libris quicquā sit, quod ad nos nō pertinet, sed quod pleraq; pro tempore tradita, ad typum, & adumbrationem futuroru, gnīciosa sint, nisi trahantur ad allegoriā, ueluti circuncisio, sabbata, delectus ciborum, uictimæ, odium inimici, bella, turba uxorum, aliaq; his cōsimilia, quæ tanquam umbræ, ad coruscantem Euangelij lucem prorsus euanuerint. Verū quis in hisce uel simpliciter ad nostros mores accōmodandis, uel allegoriā explicandi, habendus sit delectus, quoniam Augustinus satiscopiose disserit in libris de doctrina Christiana, non est consilium hic pscqui.

PER ERASMVM ROT. 41

perscqui. Primum igitur tempus esto, si Tempus.
uidet, qd Christi præcessit ætatem. Proxi- Primum.
mum, cum nondum quidem exorta, sed Secūdum
tamen aduentante iam & imminentे eu-
uageliū luce, superioris legis tenebræ ras-
rescerent, ueluti cum nondū exorto sole,
sed ad exortum properante, cælū sensim
albescit. Tum satis adhuc erat, Ioānis ba-
ptismo tingi, ad superioris uitæ pœnitentiā inuitari. Satis erat admonitos esse
publicanos, ne quid exigerent, præter id
quod illis constitutum esset. Satis erat ad-
monitos esse milites, ne cui uim facerent,
ne quem deprædarentur, sed contenti es-
sent suis stipendijs. Non, quod ista bonos
faceret, aut Christianos, sed quod minus
malos redderet, ac mox successuræ Chri-
sti prædicationi præpararent. Nec enim
usquā Ioannes docuit, non esse iurandū,
non esse repudiandam uxorem, tollendā
crucem, bcnemerendum de inimico. Esta
quæproprīe Christianos faceret, Christo
iherabatur. Fortassis ad hoc tempus per-
tinet, prima discipulorum prædicatio, cū
iubetur exemplo Ioannis ad pœnitentiā
prouocare, rcgni cæloru uiciniā denu-

c, tiare,

tiare, de Christo silere. Et haud scio, an baptismus, quo tum baptizabat, huiusmodi fuerit. Nam tum quoque baptizabant apostoli, cum Christus ipse, teste Ioane, neminem baptizaret. Nec omnino proditum est canonicis literis, quenquam a Christobaptizatus fuisse. Tertium esto, si Tempus tertium. libet, Christorū late miraculis, ac doctrina clarescente terrarū orbī, cū sic euā gelica doctrina proferretur, ut tamen legis obseruatio non interdiceretur, quod tempus cōplectitur, & post datum sp̄ritum sanctū, rudis adhuc & nascentis eccl̄esiæ primordia. Videntur autē ad hoc quædam peculiariter attinere, uelut oēs illæ parabolæ, de coloniis uineæ, qui domini filium occiderat, de nuptijs, & excusantibus iniuitatis. Item quæde supplicijs prædicatorum Christus prædictit, ac fortassis quæ præcipit de tollenda cruce, de excutiendo pedum puluere, de nemine salutado in uia, de fugiendo a ciuitate in ciuitatem, de relinquendo patre ac matre & uxore, de beatitudine castrantiū se ppter regnū dei, de uændēdis possessionibus, ac renuntiando omib⁹ affectibus, de sub-

subinde mutādo loco, postremo quæde signis dicta sunt, eos qui crederent secuturis, alioqui Christiani nō essemus hodie, quos hæc signa constat non esse secuta, licet ex superioribus illud ad nos pertinet, quod ubicunque inciderit necessitas, hoc animo iubeamur habere, quicquid habemus charū, ut parati simus ob Christi gloria relinquare. Ad idem tēpus pertinet & illud, quod in Actis apostolorū p̄ Iacobum ac Petru decernitur, ut qui ex gentibus ad Christū sese cōtulissent, abstinerent a suffocato, a sanguine, quorū neutrū apud nos habetur nepharium. Siquidē datum est hoc inuicibili Iudeorū p̄tinaciæ, qbus cōuenire non poterat cū incircensis, si nihil habuissent omnino iudaismi. Paulus præcipit, ut episcopi suas uxores ac liberos bene gubernet, nūc & hypodiaconis ius habedī uxores, int̄dicitur. Paulus uult, uxore fidele manere cū infidelī marito, Augustinus diversū sentit, ethodie sec⁹ iudicat ecclesia, Paul⁹ nō uult, seruū Christianū ab hero Eitanico discedere, secus hodie decretū est dūit id genus alia permulta, quæ p̄ tempo rum

44 COMPEND. THEOLO.

Tempus
Quartū.

rum illorum usu instituta, post obliterateda sunt, aut mutata, ueluti de cæremonijs sacramentorj pleraq;. Complura tum nō obseruata, quæ nūc iubemur obseruare, quod genus sūt dies festi, & fortassis hæc, qua nūc salubriter utimur, secreta admis-
sorum confessio. Nam per uniuersum ter-
rarum orbem propagata iam & constabi-
lita Christi religione, quam imperatores
armis suis nō persequebantur, ut solebāt,
sed tuebātur, nec deprædabātur opes ec-
clesiæ, sed accumulabant (sit enim hoc, si
uidetur, quartum tempus) promutato re-
rum statu, nouæ leges sunt inductæ, qua-
rum aliquot uiderentur cū Christi decre-
tis pugnare, nisi distinctione temporum
scripturas in concordia redigamus. Iam
quintū tempus facere licebit, ecclesiæ pro-
labentis ac degenerantis à pristino uigo-
re Christiani Spiritus. Ad quod opinor
putere, quæ dicit dominus in euagelio,
qd abundante iniquitate, refrigelcet cha-
ritas multorū. Ad hæc futuros, qui dice-
rent, ecce hic est Christus, ecce illic. Sed
ne tanta temporum, personarum, ac rerū
uarietas inuoluat lectorem, non abs re fu-
erit,

PERERAS M V M R O T. 45

erit, uniuersum Christi populum in tres Circuli
circulos diuidere, quoru omniū tamen tres.
unicum sit centrū, Christus Iesus, ad cu-
ius simplicissimā puritatē, p sua cuiq;
uirili, enitendum est omib;. Nec enim
oportet scopū suo mouere loco, quin po-
tius omnes mortalium actiones ad sco-
pum dirigendæ. Primi autem circulū te-
neat, qui quoniā uelut in uices Chri-
cesserūt, Christo proximi sunt, illi semp
adhærētes, ac sequentes agnū, quo cunct
ierit. Quales sunt, sacerdotes, Abbates,
Episcopi, Cardinales, ac summi Pontifi-
ces. Hos oportet quā maxime puros esse,
à rerum mundanarū contagio, cuiusmo-
di sunt, uoluptatū amor, pecuniæ studiū,
ambitio, uitæ auditas. Horum est Chri-
sti puritatē a clucem & proximo haustā,
in secundum circulum transfundere, qui Sectudus
principes habet prophanos, quorum ta-
men arma legesq; suo quodā modo Chri-
sto seruiūt, siue dum necessariis, ac iustis
bellis profligant hostem, publicamq; tu-
entur trāquillitatem, siue dum legitimis
suppliciis coherent facinorosos. Tertiū Tertius
circulum promiscuo uulgo dare licebit,
ceu

46 COMPEND. THEOLO.

Gradus
in singul
circulis.

Ordo in
elementis

ceu crassissimæ huius orbis, quem singimus, parti, sed ita crassissimæ, ut nihil secius ad Christi corpus pertineat, quamquam in singulis circulis ordinē aliquæ imaginari licet. Etem cum sacerdotes sacrificijs litant deo, cum paulo sermonis euangelici pascut populu, cum puris precibus cū deo colloquuntur, cumq; pro salute gregis interpellat, nimirū in purissima circuli sui parte uersant. Cæterū dum principū affectibus obsecudant, ne puocati, grauiores excitet tragœdias, dū insirmorū imbecillitati multa pcedūt inuiti, nead deteriora plabant, in extreacirculi sui uersant ora, ad quā nō aliter se semittūt, nisi ut alios ad se rapiat, nō ut ipsi fiat deteriores. Inter elemēta qbus infim⁹ hic mūdus cōstat, suus cuiq; locus est, sed ignis, q; pximū orbi lunari locū obtinet, cū in summa sui parte purissimus sit, ac liquidissimus, cælicq; naturæ simillimus, in aēris cōfinio seipso crassior est. Aer item in sumo sui circuli margine simillim⁹ igni, in insima parte, qua cōfinis est aquæ crassescit. Fortassis idem de aqua, terraq; dici potest. Et cū ignis paulatim oia rapit ad se,

PER ERASMVM ROT. 47

ad se, & qd licet in suā transformat naturam, Terrā spiritibus attenuata ytit in aquā, Aquā eliquatā ytit in aēre, Aēre extenuatū in se trāformat. Cōfinis seruiūt trāformatiō, nō in deterius, sed in melius, Sic et Chfs ad discipulorū imbecillitā tē se se frequēter accōmodabat. Sic Paul⁹ multa indulgebat Corinthijs, distinguēs interi, quæ dñi noīe pponeret pfectus, & quæ suo noīe cōdonaret infirmis, hac spe tñ, ut pficeret. Proinde cū sumi pōfices pdonatioib⁹, & indulgētiis, ut uocat, sengnes, aut fortasse desperatiō ipximos, erigūt ac fouet, donec ad meliorapficiāt, nō ysanū in summa circuli sui parte. Iidē dū legib⁹ cauet, de decimis pdialib⁹, ac psonalibus extorquēdis, de usu pallij redimēdo, de ānat⁹ exigēdis, de p̄imonio Petri, ut uocat, armis uindicādo, de subigēdis bello Turcis, dec̄palis innueris, ut donemus eos tractare rē ad cōem uitā necessaria, aut certe utilē, nemo tñ dixerit eos ysafari, in eo qdppriū est phic cælestis. Atq; haud scio an sumi pōfices, etiā si maxie uelint, possint ita modicrare leges suas, q; ad cōem hoīm uitā edut, ut p̄ omia Chri tificiaz.

Simile.

Functio
non sumi
ma.

Leges pō
tificiaz.

48 COMPEND. THEOLO.

decretis respondeant. Christus, ut purissimus ille fons omnis lucis, & innocetiae, præcepit ea quæ cælum sapient. Pontifices homines & hominibus infirmis, atq; adeo uarie infirmis, pro tempore præscribunt, quod uidetur expedire. Proinde si eri nō potest, quin in horum quoq; placitis insint quædam, quæ sapiat humanos affectus, & in quibus innocentia Christi desideres. Porro quemadmodum ignis infima pars ligdior est aeris summa parte, Ita parest, ut quod in pontificum constitutionibus crassissimum est, ppius tamē accedit ad Christi simplicitatem, quam quod in Cæsarum aut magistratuū legibus est maxime diuinum. Nam hi quoniam in hisce rebus uersantur, quæ cum infima fecerit, quæcumq; cum sordidis mundi negotijs coniunctæ sunt, arguento suo respondeat, oportet. Nec enim horum legibus fit, ut boni simus, sed ut minus mali. Proinde, si quid geritur aut constituitur ab his, quod non nihil degenerat a Christi decretis, etiā atq; etiam caue, ne Christianæ philosophiæ purissimum fontem, cum horum qualibuscunq; lacunis comisceas.

Leges Ce
sareæ

PERERASVM R O T. 49

commisceas. Debent humanæ leges ab hoc archetypo peti, ab eodem lumine, regum humanarum scintillæ sumuntur. Sed alit relucet æternæ ueritatis fulgor, in leui terço speculo, aliter in ferro, aliter in lympidissimo fonte, alit in lacuna turbida. Hæc ideo dicta sunt, ne cælestem Christi philosophiæ, dominū uelle gibus, uel disciplinis uitiemus. Maneat intactus ille scopus, sitillibatus unicus ille fons, seruetur illa uere sacra ancora doctrinæ euangelicæ, ad quam in tanta rerum humanarū caligine configere liceat. Necq; ptinus rejice, quod ab istis præscribitur, sed circumspice, quis præcipiat, quibus præcipiat, quo tempore, qua occasione præcipiatur. Spiritualis omnia dijudicat, inqt Paulus, ipse à nemine dijudicandus. Quod si ad leges humanas Christi dogmata detorqueantur, quæsto te, quæ spes iam reliqua est? Multo minus etiam, si ad cupiditates hominū deflectatur diuina philosophia, & iuxta Græcorum puerbiū, Lelibia nobis fiat regula.

Superhæc, nō mediocrē adteret utilitatem, si diligenter euoluentes libros utriusq;

d

usq;

*Sopra s. ro.
Loris pte.*

Lypca yana.

50 COMPEND. THEOLO.

Concensus doctri- usque testamenti, attente consideremus mirabilem illum orbem, & consensum totius Christi fabulae, ut ita loquar, quā nostra caussa peregit, factus homo. Sic enim futurum est, ut non solum rectius intelligamus, quod legimus, uerū etiam ut certiore cum fide legamus. Nullum est enim sic arte cōpositum mendacium, ut undique sibi constet. Ex ueteris instrumenti uolu-

Prophetæ & typi. minibus cōfer typos, & prophetarū oracula, quorū illi Christum deliniant, atque adumbrant, hæc eundem aduentantem, uelut oculis fidei demonstrant. Succedit

Angeli. his angelorū testimoniorū, Gabrielis uirgini cælestes nuptias renuntiantis. Rursum in natuuitate chorū angelici cōcinentis,

Pastores Magi. Gloria in excelsis deo, mox accedit pastorum deinde Magorum testimonium.

Baptista. Præterea Simeonis & Annæ, deinde prædictio Iudit Ioannis baptistæ prædicatio, dicitur iam indicatis præsentem, quem prophetæ uenturū prædixerat. Acne nesciremus, quid nobis esset ab eo sperandum, addit, Ecce qui tollit peccatum mundi. Hic unus est agnus, omnis maculæ nescius, nec agnus est solum, uerū etiam agnos facit. Non permittit

PER ERASMVUM ROT. 51

mittit suis regnum aut opulentiam, innocentiam promittit, si modo resipiscat. Nihil autem uerorum bonorum absunt, si adsit innocentia. Post hæc oēm uitæ seriobserua, quō adoleuerit, usq; pficiēs in me Christus lius & apud deū, & apud homines. Apud puer.

deum laus est bona cōscientiæ, apud homines decus est honestæ factæ, quæ non affectata, felicius cōsequit uera uitæ. Duodecim natus annos in templo docens Christus uicissim & audiens, primū sui specimen adolescens dedit. Rursum in nuptijs primo miraculo priuatim edito paucus innotuit. Nā prædicādi munus, nō nisi baptizat, & colubæ signo, patrisq; uoce comedat, postremo, nō nisi qdragenario ieunio, & satanæ tentatiōe spectatus & exploratus, aggressus est. Excute natuuitatem, educationem, prædicationem, mortem, nihil aliud reperies, quā pauptral, & humiliat, imo innocteriat totius exemplar. Totus doctrinæ circulus, ut secū cōsentit, ita cū ipsius uitæ presentit, etiā ipsius naturæ iudicio presentia. Præcepit innocentiam, ipse sic uixit, ut nec subornati testes, cū id uarijs modis conarent, repiret qd; probabilit caluniarent

dij Docuit

Doctrina
Vita.
Natura.



52 COMPEND. THEOLO.

Docuit māsuetudinem, ipse tanquā quis ad mactationem ductus est. Docuit paupertatem, ipse nihil unquā possedisse legitur. Deterruit ab ambitone & fastu, ipse discipulis suis lauit pedes. Docuit hāc esse uiam ad ueram gloriā & immortalitātē. Ipse per crucis ignominia, affe-

Mors.

Resurrec-
tio.

Ascensio.

citus est nōmen, quod excellit oīne no-
men, & dum nullum regnū ambit in ter-
ris, meruit cæli pariter, ac terræ principa-
tū. Vbi resurrexit, non alia docuit quam
ante docuerat. Docuerat pīs nō esse me-
tuendam mortem, & ob id exhibuit sese
rediuiū suis. Isdem uidentibus, ascen-
dit in cælū, ut sciremus, quo nobis esset
enitendū, quōq; referenda omnia. Postre-
mo loco delapsus est spiritus ille cælestis,
qui tales afflatu suo reddidit apostolos,
quales Christus esse uoluit. Reperies for-
taffis in Platonis aut Senecæ librīs, quæ
non abhorrent à decretis Christi, repe-
ries in uita Socratis, quæ utcūq; cū Chri-
sti uita consentiat. At circulum hunc, &
omniū rerum īfer se congruentiū har-
moniam in solo Christo reperies. Multa
sunt in prophetis, & dicta diuinitus, & ge-

sta

PER ERASMVM ROT. 53

sta pie, multa in Mōse, cæterisq; uiris ui-
tæ sanctimonia claris, orbē hunc in nul-
lo reperies hominē. Qui quidem orbis à
prophetis exorsus, per apostolosq; uitam
ac doctrinā, in sese coit. Hi quicqd Chri-
stus docuit, expresserunt, quicquid pro-
misit præstiterunt, eūdem hauserant spi-
ritum, eadem sonāt ac docent, quæ Chri-
stus. Hactenus adoranda sunt omnia, cæ-
tera cum delectu, iudicioq; legenda, aut
etiam imitāda. Quanquā & apostoli sic
Christum referunt, ut tamē ad illius ma-
iestatem nō assurgat. Necq; uero cōfun-
dit hāc harmonia, Christi uarietas, imò Varietas
sicut ē diuersis uocibus apte compositis,
cōcentus suauissimus redditur, Ita Chri-
sti uarietas pleniorem efficit cōcentum.
Sic omnia factus est omib; ut nusquā
tamen sui dissimilis esset. Nunc diuinæ
naturæ prosert indicia, cum uentis impe-
rat ac mari, cū peccata remittit, cum in
monte nouam speciem, & humana præ-
stantiorem exhibit suis. Nunc diuinita-
tem dissimulans, hominē agit, cum esu-
rit, cum sitit, cum fatigatur labore, cū esu Christus
homo. & deus et
ries ad sicut accurrit, cum mōret, cum
d iij affligitur

14 COMPEND. THEOLO.

affligitur cum occiditur. Quosdam ultro ad se uocat, alios a retibus, Matthæum ē telonio. Quosdam sequi uolentes rejicit, Cuius exemplum habes apud Matthæum cap. viij. de scriba, dicente. Magister sequar te, quocunque icris. Cui respondet Iesus, Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidos, at filius hominis nō habet ubi caput suū reclinet. Rursus ibidem, alteri poscēti ueniam abeundi. Sequere, inquit, me, & sine mortui sepiant mortuos suos. Huic timuit, ne relaberetur, illum sciebat inutilem negotio minime delicato. Zacchæi dclectat ardore, ultro sese ad illius ædes inuitat, quemadmodum legis Lucæ capite xix. Herodem ubique cōtemnit, ut impium Iudæum, & ob id Ethniciis deteriorem. Eum uulpem uocat. Lucæ. xij. Ite & dicite uulpi illi, ad quem adductus nec aliquo dignatur. Nonunquam ultro iuti captata occasione miraculum edit, sicuti de fico, quæ ad execrationem illius exaruit, de turba satiata paucis panibus, de Lazaro, alias ceu grauatim & coactus facit, quod genus est, cum apud

Ioan-

Varietas
in edēdis
miracul.

PER ERASMVM R OT. 55

Ioannem euangelistam in nuptijs, matri de uini defectu submonenti, respondet, Quid mihi tecū est mulier? nondum uenit hora mea. Rursus cū apud Matthæū cap. xvij. rogatus sanare lunaticum, cui discipuli non potuerunt opitulari, commotus exclamat, O generatio incredula, & peruersa, Quousq; ero uobis scum? Quousque patiar uos? Afferte huc illum ad me. Cananæam grauatim, nec nisi interpellatus, audit, nec statim obsequitur. Ex aduerso leproso se facilem præbet, Volo, inquiens, mundus esto. Rursum Pharisæis signum ab ipso poscentibus, plane negat. Generatio, inquiens, mala, & adultera, signum quaerit, & signum non dabitur ei, nisi signū Ionæ prophetæ. Cōsimilit cap. xvi. Pharisæis ac Saducaëis tentatibus Iesum, ut e cælo signū aliquod ederet, respondet. Faciem cæli dijudicare nostis, signa autem temporum nō potestis; Alicubi sileri iubet miraculum editum, uelut apud Matthæū cap. ix. Cæcis sanatis int̄minatus edicit, Videte ne quis sciat, haud ignar⁹ futur⁹ d iiii ut tanto

ut tanto magis diuulgarent. Ad consimilem modum, apud eundem euangelistam cap. xij. curatis multis præcepit, ne se facerent manifestum uulgo. At Marci cap. v. dæmoniacū sanatum non admittit in suum consortiū, neq; tamē silere iubet, sed apud suos prædicare, non Iesum Christum, sēā, quid sibi beneficio dei cōtrigisset. A suis confessionē exigit, uos au tem, quē me esse dicitis? Dæmoni palām confitenti, ipsum esse Christum, silentiū indicit. Rursus alias exigit gratiā ab ijs, qui beneficium acceptum cælāt, uelut a muliere, quæ cōtaetu pallij desierat profluere sanguine, quis me tetigit, inquiēs, neq; destitit donec illa corā omībus beneficiū agnosceret. Similiter nouem leprosis ingratitudinē exprobrat, qui cum essent ludæi, non redierint tamen, daturi gloriam deo. Est & alia quædā in miraculis edendis uarietas. Alios sine negotio sanat, ut cum uerbo puellam exciat, puella, tibi dico surge. Cæco lutum sputo maceratum illinit oculis, nec hoc contentus, præcipit ut se abluat in piscina Si loe, atq; ita demū sensit restitutæ sanitatis be-

tis beneficiū. Necq; decē illi leprosū pīnus mundati sunt, sed iussi adire sacerdotes, inter eundum lepra liberati sunt. Porro Lazarum excitaturus, fundit etiā lachrymas, infremit spiritu, iubet sibi cōmonstrari sepulchrū, tolli saxū, atq; ita defunctum ualido clamore euocat. Nonnunquam irascitur ac minat̄r morbo. In huiusmodi uarietatibus cōueniet philosphari, & pīa curiositate diuini consilij scrutari mysteriū. Est item uarius in reponsis, captiōse sciscitantibus, oblique respōdet, & cautim. Veluti pharisæis de repudianda uxore sciscitantibus, de censu Cæsari reddēdo, de magno præcepto. Ex ostendo numismate, capit occasionē admonendi, quid illi non facerent, cum id in primis ad rem pertineret. In diuortijs retundit illorum licetiam, non ex iure concessam, sed inuincibili malitiæ datam. De præcepto item declarat eos non facere, quod scirent in primis esse faciendum, Pharisæis legis scientiam tribuens, pietatē adimens, Sadducæos obstolidā interrogationem, stultitiae damnat, qui non intelligerent, quod legrent. Est ubi

Varietas
in respon
sis Chri-

nihil respondeat, sed quæstionem quæstione, cœu clauum clavo retundat. Velluti cum interrogatus, qua nam autoritate faceret ea, quæ faciebat, uicissim rogat, baptismū Ioannis utrum ē cælo censerent esse, an ex hominibus. Alias respondet quidem, sed interrogationē interrogatione resequitur. Veluti cum apud Matthæum capite uigesimo secundo, rogar phariseos, Christus cui⁹ filius est. Cunque respondissent Dauid, quomodo inquit Dauid in spiritu loquens uocat eum dominum suum, cum sit ipsius filius? Apud Marcum capite uigesimo sexto, nihil responderet testibus, consimiliter capite uicesimo septimo, apud Herodem prorsus obtinet, apud Pilatū per pauca respondet, nec ad omnia tamen. Apud Caiphām tacet, uinctus, cæsus, irrisus, nihil responsat, Alapa cæsus, respondet, ad cōuicia Iudæorum in cruce mutus est. At idem non sustinet depolarī à sequentibus mulierculis. Nonnunquam cœu tedio affectus, fugitat turbam, Rursus alias misericordia motus, ultro petit turbas, ac premi se patitur. Ali-

quādo

quando semet abdit in altissimum secessum, ut oret. Aliquando sponte sese in confertissimam templi frequentiam ingredit, aliquando furtim elabitur e manibus insidianantium, uelut in montem ductus, ut præcipitaretur, atque iterum lapidandus à turba, clanculum euaneat. Quædam mandat Apostolis, ut prædcent, quædam credit ad tempus silenda, ueluti uisionem exhibitā in monte Thabor, & arcanum cum Mose colloquium de morte sua. Rursus aliter loquitur discipulis, aliter promiscuæ multitudini. Postremo a resurrectione, nunc hac nūc illa specie semet exhibet suis. Adeo quū nostro Christo nihil sit simplicius, tamē arcano quodam cōsilio Protecum quendam repræsentat uarietate uitæ atq; doctrinæ. Ea fortassis nouo Theologiæ tyroni futura est admiratio, uerum atteto, & exercitato non erit difficile, singulare caussas inuestigare. Sed magis his offendit, quæ prima specie pugnare etiā inf se uident, quod gen⁹ sunt illa, qđ in euage uo Ioānis negat Ioannē baptista esse lucē

Cōtraria
in diuinis
literis.

cum

80 COMPEND. THEOLO.

cum de eodem postea testetur, erat lucer-
na ardens & lucens, cunctz dicat Aposto-
lis adhuc rudibus, Vos etis lux mundi.
Item cum ait, Mea doctrina non est mea,
siquis uerborū summā modo cutem at-
tendat, uidentur sibi nō cōstare. Rursus
apud Ioannem cap. vi. cum ait, Qui edat
meam carnē, & bibat meum sanguinē,
habet uitam aeternam. Cōtra paulopost,
Spiritus est, qui uiuiscat, caro non pdest
quicquā, nōne pugnātia loqui uidetur?
Simillimū est huic, quod proximo capi-
te, cum dixisset, & me scitis, & unde sim
scitis, mox subiicit, uelut à seipso dissen-
tiens, uerus est qui misit me, quē uos ne-
scit?. Alīcubi negat se iudicare quenquā,
alibī testatur, dicens, Pater omne iudiciū
dedit filio. Discípulos suos uetat irasci,
cū ipse legatur ira cōmotus fuisse. Quin

Pugnātia & innarrationibz quibz dā manifesta
narratioz in specie uarietas, impiorū calumniæ pa-
mīs.
tuīt. Quod genus est, qd Matthæus unū
cæcum sanatū prodit, cum Lucas teste-
tur duos sanatos. Item cū aliquoties no-
men pro nomine positum uidetur, cum
alī narrare uidetur in actis Stephanus,

quam

PERERAS M V M R O T. 61

quam in Gencseos habeantur historiæ,
Huiusmodi scrupi, si quādo inciderint,
non oportebit offendī, aut de fide scripti
dubitare, sed pcnsitatis omnibus circum-
stantijs, explicandæ difficultatis rationē
querere. Qua quidem in re sudatum est
à maioribus nostris, quorū industria iu-
uabimur, si minus à nobis reperietur, qd
animo faciat satis. Iam & illud obser-
uandum erit, quibus argumentis Chri- Argumēs
stus utrāq naturā, dei & hominis decla- tā utrius-
rari. Siquidem à puro hominē, quis spe
raret ueram salutē? Rursum purum dc-
um, quis crederet pati quicquā? Voluit
autem, ut ipsum redamaremus, ut uerū
hominē, uere pro nobis afflictum, nec
dubitarem?, quin præstaturus sit, quic-
quid promiserat, cū sit uere deus. Quid
quod nc exēplum quidem sat efficax fu-
turū erat, si quod in Christo gestum est,
nō ueris affectibus gestū sit, sed ficta mo-
do quādā fabula obiecta sit oculis? Hu-
manæ naturæ indicia sunt, quod cocipi-
tur in utero foeminæ, diuinæ, quod c spí-
ritus sancto. Humanæ, quod statis tempo-
ribus ē grauida nascitur, Diuinæ, quod
citra

citra uitilem operam. Hominem uerum arguunt, quod sese subinde uocat filium Adæ, qd adolefecit solitis ætate auctibus, quod dormit, quod uescit, quod esurit, quod sitit, quod ex itinere lassescit, quod humanis affectibus tagitur. Sæpenumerro legit misertus turbæ, ueluti Matthæi cap. xv. apud Marcum cap. iiij. irascitur, & indolefecit, apud eundem cap. viij. ingemiscit spiritu. Rursum Ioannis cap. xij. multo ante passionem turbatur animo, In hortulo usq; ad sanguineum sudore angit animo. In cruce sitit, quod ex more solet in eo supplicij genere accidere. Flet & specta ciuitate Hierosolyma. Flet & apd' Lazarini monumentu, & turbatur animo. Ediuerso tot editis miraculis diuina natura prodebat. Nam factis, quam uerbis hanc maluit declarari, quanquam & uerbis testatur se filiu dei, e cælo missum, & in cælo suisce, & esse, cu uersaretur in terris, cunq; patre deum subinde inculcat, qd et a Iudeis intellectum est, cum aiunt, Tu homo cum sis, facis te ipsum deum. Deniq; cum resurgit a morte, dum fertur in cælum, dum mittit paracletu, subito nouantem

uantem Apostolos. Sed hoc ut paucis admoneri potest, ita nimis plixum fuerit, singulatim explanare. Ad diuinæ consilij pensionem, & illud pertinere uidetur annotare, quot modis testatum esse uoluimus, Iudeos, quibus olim promissus, & expectatus fuerat Messias, suapte culpa fuisse rejectos, ob incredulitate gentes ob fidei simplicitatem in horum locum receptoras. Nouerat suæ gentis duritatem Christus, quæ hoc longius aberat à uera iustitia, quod falsa iustitiae persuasione tumeret, nouerat esse genus calumniissimum. Proinde nihil non ab eo factum est, ne quæ ansam haberent expustulandi cum deo, quod præter meritum promissis essent frustrati. Prædictum erat a prophetis, fore, ut gentes fide ad euangelij gratiam irrumperent, Iudei uitio suo a promissis excideret. Apud ipsos nasci uoluit, quibus erat promissus, decantatus est ab angelis, prædicatus a pastoribus, indicatus a Magis, agnitus a Simeone & Anna, demonstratus ab Ioanne Baptista, patris oscarculo commendatus, tot miraculis illustrauit, tot beneficijs illos prouocauit.

Tam

Quare
merito
rejecti
Iudei.

Tam salubria docuit. Ettamē his rebus nihil profectum est. Inuidia, superbia, & avaritia excæcati, prophetas occiderūt, Ioanni non credebant, miracula calūniabantur Beelzebub præsidio fieri, Christum ipsum persequebantur. Et tamē interim inani legis titulo, & templo per orbem uenerabili, supbriebant, dicentes, tē plū domini, templū domini, templum domini. Magi primi oīm adorant, Herodes Iudæus puer persequitur. Hoc cōsilio Christus phibuit suis, primū ad euā gelij munus emandatis, ne subirent urbes Samaritanorum, ne quid hinc cauillarentur Iudæi, uelut à Christo neglecti. Telonem uocat, & relictis omībus sequitur, pharisei tot modis prouocati, moluntur in diuersum. Ingerit eis exempla fidei, ab īs, quos illi pro sceleratis habebant & abominandis. Exhibit Cananæam, uix auditam, mox etiam cum conuictio repulsam, inuicta fide peruincentem & Christum ad beneficū præstandum, ueluti cogente. Quem em nō expugnarēt illa mulier, uox. Etiā domine, Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de

menis

mensis dominorum suorum. Audis superbe Iudæe, Cananææ fœminæ plena fidutiæ modestiam. Illa sic reiecta, tamē instat ac urget, tu null' officijs potes plici. Proinde illa audit, Omulier, magna est fides tua, fiat tibi, sicut uis. Quid audiunt Iudæi? Relinquetus uobis domus uestra deserta, & apud Matthæū cap. xxii. palam exprobrat illis, quod publicani et meretrices, ob ardore fidei præcederent illos in regnum dei. Ingeritur Centurionis exemplum Matthæi cap. viij. in tantum fidentis Christo, ut putaret ad rem non pertinere, uiscre domū suam, cum posset uerbo nutriç cōferre sanitatem. Quid hic sentis infelix Iudæe? Ceturio prophanus, & militiæ minister, qui prophetas non legerat, sic fudit Christo, & tu siue fine reclamas seruatori tuo, tot iam sacerdatis expectato? Proinde meretur audire, Amen dico uobis, nō inueni tantam fidem in Israel. Tibi uero qd dicitur? Nēpe quod legimus apud Lucam cap. xi. Regina austri surget in iudicio aduersus viros generationis huius, & condemnabit illos, quod illa ab extremis terræ finibus ue-

e bus ue-

bus uenerit Hierosolymam ut audiret sapientiam Solomonis. Tibi ultro exhibitus est, ad cuius sapientiam nihil erat Solomon, & audire grauaris. Idem facient Niniuitæ, qui ad prædicationem Ionæ submiserūt sese, Tu spernis eum, ad quæ Ionas non est conferendus. Ingeritur exemplum Zacchæi, qui ardore uidendi Christi conscenderat arborem. Audis a uare Iudæe, prophanum hominem dætestantem, Dīmidium bonorum meorum do pauperibus, ut intelligeres, non generi, sed uitæ fideiç promissum regnum cælorū. Audit itaque tecoram, Hodie salus contigit huic domui, eo qd & ipsa filia sit Abrahæ. Gens alioq zelo typa, tot tamen exemplis non prouocatur ad æmulandum, ne tam multis quidem parabolis flectitur. Apud Lucam capite decimoctavo, ingerit tibi publicanum peccatorē, sed humilem, sed misericordiam imploratē, superbo iusto prælatum. Te tibi depingit capite decimo septimo, cum nouem leprosi Iudæi, beneficium dissimulant, solus Samaritanus rediens, agit gratias. Idem designat parabola

parabola de uulnerato, quæ Iudæis prætereuntibus, solus Samaritanus curandū suscipit. Nec aliud agitur apud Matthæū capite uicelimo primo, duabus parabolis, altera de duobus filijs, quorum alter pollicitus se patris iussa facturum, non fecit, alter primum degrectans, sed mox resipiscens, fecerit, quod se facturu negarat, Altera de impijs colonis, qui prius seruis male mulctatis, postremo filium ipsum & hæredem occiderunt. Sic enim subiicit euangelista, Et cum audissent principes sacerdotū & Pharisæi parabolas eius, cognoverunt quod de ipsis diceret, & adeo non sunt tacti pœnitentia, cum sibi male consciij forent, ut sequatur, Et querentes eum tenere, timuerunt turbas. Eodem pertinet & inibi sequens parabola, de inuitatis ad nuptias. Iudæi partim excusant, partim seruos inuitantis ad conuiuium contumelijs afficiunt. Iure igitur his præteritis pmiscua gentiū turba implet triclinia nuptialia Quid em facias ihs, q. puocati ad salutē obstinate sœuiunt in amice consulente? Nec alio e ij

Nec alio spectat parabola de conductis mercenarijs, ad operam præstandam in uinea. Murmurant enim ludæi aduersus nos, qui serius uenerimus, & tamen in euangelij gratia simus illis æquati. Arbitror & parabolam de filio prodigo horum spectare, in qua filius qui legis iustitiam obseruarat, indignat aduersus fraterem, post longas erroris ambages resipi scem, & ob hoc a clemente patre cum gaudio receptum in familiā. Iudæus sua bñfacta comemorat, Ethnico resipiscere, nō exprobratur admissa uitæ prioris. Consimilis argumenti sunt, ut arbitrator, parabolæ de drachma perdita & inueta, de oue erratica, ad gregē reducta, de fi-
cu post trienniū adhuc sterili, in pximū annum succidenda, nisi stercoratio adhäsita, desineret esse sterilis, de pueris in foro sedentibus, & alterne inter se se continentibus, Tibijs cecinimus, & nō saltastis, lugubria cecinimus uobis, et nō plorastis. His tam uarijs ratioibus seruator optimus, simul & Iudæorū pertinaciam exitio dignam, testata esse uoluit, & Apo-
stolorum animos nō nihil adhuc Iudaïsmo in-

mo infectos instruebat, ne ab ethnicis, in euangelij consortiū recipiendis, abhorserent. Quando Petrus posteaquam audierat à Christo, Ite in orbē uniuersum, & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, post acceptum spiritum cælestem, nō audet Cornelium admittens, nisi uisione admonitus. Proinde apud Ioānem cap. x. præmonet eos, dices, ego & alias oues habeo, quas oportet me adducere, & fiet unū ouile. Rursus apud Lucam, Regnū cælorū uim patitur, & quis uim facit in illud. Vi irruperunt Ethnici, q foris erat, obdiffidentia exclusi sunt Iudæi, qui intus erat. Hierosolyma uersa est in Sodomam, & ubi antea dicebatur, non populus, dicti sunt filij dei. Hæc quæ dicta sūt antehac, ita pertinent ad illa tempora pri-
scæ, ut nihilo secius ad oīne tempus queant accommodari. Nulli ætati defunti sui pharisei, nulli nō est periculum, si dei be neficijs abutatur. Proximū uidetur his, animaduertere, quot modis Christus suam innocētiā omnibus testatam esse uo-
luerit, ne quid esset, quo posset aliq*s* hu- Argum.
c iij ius
innocētię Christi.

70 COMPEND. THEOLO.

ius doctoris autoritatem eleuare, Ex parentibus modicis, sed probis tamē, & inculpati nasci uoluit, nō, quod apud deum parentum cōmissa liberis imputentur, sed quod uulgo soleat atrocius obijci filijs, siquid designarint parentes, quam ipsi scelerum autoribus. Quin & uitri- cum probum habere uoluit, de quo legis apud Matthæum, Ioseph autē cum esset uir iustus. Angelī cælitus testatur de pue- ro. Magi muneribus numen agnoscunt. Pastores, quæ uiderāt, prædicant. Sime- on amplectitur tot sæculis expectatū in- fantem. Attestatur Anna castissima ui- dua. Pater deus semel atq; iterum de cæ- lo clamat, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Toties de eo testatus est Ioannes. Agnoscunt, & confitentur dei filium & dæmones, etiam si grauatur ab ihs prædicari. Turba toties admiratur in eo diuinam potentiam. Testantur & mi- nistri, apud Ioannē cap. vii. in hoc missi, ut illum coprehensum adducerent, Nū- quā sic locut⁹ est homo, ut hic loquitur. Confitetur Martha, Tu es Christus fili- us dei, q̄ in hunc mūdum uenturus erat.

Confite-

PER ERASMVM R O T. 71

Confitetur Samaritana, Propheta es tu. Confitentur Apostoli, Tu es Christus fi- lius dei uiui. Nam quisquis deum agno- scit, liberat eum ab omni crīmine. Testa- tur & Pilatus, Purus ego sum a sanguine iusti huius, Vos uideritis. Testatur & huius uxor, Nihil tibi, & iusto isti. Atte- statur afflatus ppheticō spiritu Caiphas, Expedit uobis, ut unus moriatur homo p populo, & nō tota gens pereat. Agno- scunt huius innocentiam & inimici iudi- ces, multorū testimonio reiecto. Decla- rant & ipsi testes, ut mentirentur subor- nati, non habent quod obijciant, nisi de templo soluendo, ac denuo erigendo, at- que hoc ipsum securi obijciunt, quam ab eo dictum fuerat, & obijciunt, quod nō intellexerat. Confitetur & infelix Iudas, Peccauī, tradens sanguinem innoxium. Cōfitetur ad crucem Centurio, Vere fi- lius dei erat iste. Confitentur & scelera- ti Pharisei, qui crucifixo nihil habebat qđ exprobrarent, nisi qđ tēplum dei de- molitus fuisset, & in triduo excitatur. Adeo fuit immunitis ab omni crīmī, ut ni- hil in illum p̄babilit̄ uel confingi posset.

e iiiij

Sub

Consilium Sub hæc obseruabit p[re]cie curiosus lector,
Chri, in quibus modis, quoque consilio Christus
perahedo mundū uniuersum, in tot religiones dis-
mundum in suas le- sectum, in sua decreta pertraxerit. Neq[ue]
ges. e[m] machinis bellicis subegit regna mun-
di, nō philosophor[um] syllogismis, aut rhe-
torum entymematis, nō opibus. Nihil
ex humanis præsidiiis huic negotio uolu-
it admisceri, quod totum cælo deberi uo-
luit. Primū, ad fidem faciendam adiuua-
bat, tot uaticinior[um] co[s]ensus, quibus asti-
pulatur Ioannis testimoniu[m]. Neq[ue] enim
subito nouauit orbē. Difficillimum est, ex
hominiū mentibus reuellere, quod a pu-
eritia imbibimus, quod publico co[s]ensu
traditū est à maioribus. Diu prælusit lo-
annes baptismo p[re]nitentiæ, præluserūt
Apostoli, nondū Messiam annuntiantes,
sed tātum instare regnum cælorum. Per
homines tenues, & idioras rem aggredi-
tur, ne quid hinc sibi uindicaret mudus,
quos ipsos diu rudes ac diffidentes tole-
Thomas. rat, ne uideretur temere credidisse. Thos-
mas pertinacissime diffidit, nec nisi con-
trectatis clauorum, & lâceæ uestigiis, di-
cit, Domînus meus, & deus meus. Quin
ascensurus

ascensurus in cælum, omnibus exprobrat
duritiam cordis, ac difficultatem in cre-
dendis ijs, quæ uiderat. Exorsus est ager
tesceleratissima Iudæoru[m], & pertinaciter
rebelli. Cœpit non à Nazareth, ne auto-
ritatē eleuaret patria. Sed à Capernaum,
ciuitate luxu & opibus perdita. Nihil a-
perte reprehendit, quod esset cum auto-
ritate publica receptum. Vix enim est quis
quā, qui hoc æquo patiatur animo. Le-
gis testimonium ubiq[ue] comprobat, licet
alit interpretas. Accōmodauit se his,
quos ad se trahere studebat. Ut homi-
nes seruaret, homo factus est, Ut pecca-
tores sanaret, cum peccatoribus familia-
riter uersatus est, Ut Iudæos alliceret, cir-
cuncisus est, purificatus est, obseruauit
sabbata, baptizatus est, iejunauit. Vicit
mansuetudine, uicit beneficentia, uicit
ipsa ueritate, cuius uis omib[us] incatame-
nis est efficacior. Vincuntur hisce rebus
& malæ bestiæ. Nihil assuerat quod nō
scripturæ testimonio confirmet, Quin &
conuicio lacesitus, aut rationibus agit,
aut scripturis. Etenim apud Matthæum
cap. xij. cū atrocissimo conuicio dicere,

e s ope

ope Beclzebub exigere dæmonia, Omne
inquit, regnum diuīsum cōtra se, desola-
bitur. Et in iudicio cæsus, Si male dixi,
inquit, testimonium phibe de malo, sin
bene, cur me cædis? Addidit miracula,
sed hæc ipsa nihil aliud erant, quam be-
neficia. Nec ullum edidit miraculum,
cui non certam fidem adiunxerit. Turba
teste fere gessit omnia. Leprosos mittit ad
sacerdotes, non ut mundarentur, sed ut
magis cōstaret, esse uere mundatos. Cæ-
sus uulgo notus sanatur, accersuntur pa-
rentes, reuocatur ipse, nec aliud his omni-
bus rebus agitur, nisi ut sudes astrueretur
miraculo. Vbiq; declarat, quicquid pati-
tur, præscium ac uolētem sese pati, & no-
bis pati, non sibi. Nec illud mediocrem
fidem illius doctrinæ conciliauit, quod
ex omnibus suis benefactis nihil unquā
præmij captauit, non gloriā, non opes,
non uoluptatē, non regnū, ut in eum ulla
corrupti officij suspicio copctere posset.
Nec ante missum spiritū cælestcm, euau-
gelica tuba per orbē uniuersum intonu-
it, ne quid ipsi uiuo quærí uideretur. Por-
rō nullum est efficacius testimoniu[m] inter
mor-

mortales, quam sanguinis. Morte sua, &
suorum, fidē asservit suædoctrinæ. Nam
de concentu totius uitæ, iam ante non ni-
hil attigimus. Cæterū de generc doctrinæ,
quod fere constat ex similibus, quæ
ex rebus uulgo notissimis ducuntur, &
ob id non solum efficax est, uerum etiam
ad imperitæ quoq; multitudinis captum
accomodum, aliquanto post nonnihil
dicemus. His fermc præsidij Christus, Christi
& post hunc apostoli, iudaicæ gentis ex præsidia.
pugnauerunt peruicaciam, Græciæ phi-
losophiæ tumetis uicit supercilium, his
tot Barbararum nationum armis inui-
ctam feritatem subegit, his totius orbis
tyrānos ac satrapas, fidei iugo subdidit,
& in suas leges pertraxit, iuxta uaticinii
Esaïæ, quo māuetissimus gentiū expu-
gnator Chrs̄ita depingit. Ecce puer me-
us, quē elegi, dilectus me, in q; bñ copla-
citū est animæ meæ, ponā spiritū meū su-
per eū, & iudiciū gentib⁹ nutritabit, nō cō-
tēdet, neq; clamabit, neq; audiet aliqs in
plateis uocē cius, Arundinē quassatam
non cōfringet, & līnū sumigas nō extin-
guet, donec eniat ad uictoriā iudicium,
& in

Esaie 42.

& in nomine eius gentes sperabunt. Hic
nō audis arte contortos syllogismos, nō
audis mīnas ac fulmina, non audis ferro
armatas copias, non audis strages & in-
cendia, Sed iudicium audis, māsuetudi-
nem audis, audis lenitatem erga imbecil-
les, in quibus ulla spes esset bonae frugis,
Victoriā audis non machinis extortam,
sed iudicio quæsitā, Victorem audis, nō
formidabilem uictis, nō expilatorem, &
grauē ijs quos subegit, quid igitur? Ta-
lem audis, ut in eo gētes officijs deuictæ,
salutis suæ spem fixerūt. Quis autē non
uidet, quibus rebus resp. Christiana na-
ta, aucta constabilitaq; est, ijsdem esse tu-
endam, ac uindicandam, ubi collapsa sit,
præsertim ab ijs, qui se in Christi, & apo-
stolorum uices successisse profitetur. Ve-
rum hæc aliás crebro sunt à nobis disser-
ta. Nunc quod institutū est psequamur.
Illud item animaduertedum, qbus ra-
tionibus, & quā diligenter præmunit su-
rebus os, ad euāgelij negotium ituros, ut intel-
porteat ligat, qui hodie prædicandi Christū mu-
nus suscipiūt, quibus rebus oporteat in-
dicatore. structos esse. Regnū cælorum uocatur,
á quo

á quo cōuenit procul abesse cupiditates
terrenas, quæ regnū obtinent in ijs, qui
mundum diligunt. Eas omneis quanto
studio suorum animis exemerit operæ.
præmium est considerare. Luxum, & uo-
luptatum affectū exemit parabola de di-
uite comessatore, & Lazaro mendico, q-
rum alter à temporarijs delitijs ad æter-
nos cruciatus detractus in tartara, alē ab
huius uitæ malis in æternā quietem trā-
lat⁹, ob oculos ponitur. Diuitiar⁹ studi-
um eximit paraboladiuit⁹, horrea sua di-
latantis, sibiq; suauem ac mollem uitam
in multos annos pollicentis, cum eadē
nocte mors imminaret misero, semel ere-
ptura, quicquid ille tot annor⁹ sudore cō-
gessisset. Rursum dū phibet nos esse solli-
citos de crastino, dum iubet recondi the-
sauros æternos, nec tineis, nec furib⁹ ob-
noxios, dum præcipit, ut cælestis patris
bonitate prouidentiaq; freti, liliorum ac
passerculorum more in diem uiuamus,
dum Marci cap. x. occasiōe iuuenis, qui
mōrens discellerat, simulatq; iussus est
relinquere diuitias, habebat autem opi-
mas, uersus ad suos ait, effe facilius, ut ca-
melus

melus eat per foramen acus, quam diues
ingrediatur regnum cælorum. Atq[ue] id
ut experimento quoq[ue] persuaderet, disci-
pulos sollicitos de panibus, commonefa-
cite eius, quod paulo ante uiderant, pau-
cis panibus, ac p[ro]iscibus aliquot hominū
millia saturata; & ita saturata, ut corbes
multi reliquijs onusti, tolleretur a conui-
uio. Athæc, cum eos nullo instructos ui-
atico, legat ad primam prædicationem,
& reuersi fassli sunt, sibi nihil defuisse. Pa-

Cognatō rentum & cognatiōis affectum (quādo-
quidem hic quoq[ue] non raro solet auoca-
re nos a studio pietatis) multis modis re-
uellit, iubens, ut toti pendeat a patre cæ-
lesti, neq[ue] quenquā patrem appellant in
terris. Item negans se agnoscere discipu-
lum, qui non patri ac matrī, sororibus ac
fratribus, deniq[ue] qui non uxori quoq[ue]
nūtarit, ubi poposcerit negotium regni
dei. Ipsi licet matrē habuerit unice piām,
tamen huic nusquā blandus est. De ui-
no interpellanti, Quid tibi inquit, mecū
est mulier? In tēplo obiurgatus, Quid
est, inquit, quod me quærebatis? An ne-
sciebatis, qd in his, quæ patris mei sunt,
oportet

oportet me esse Rursum apud Matthæ-
um capite duodecimo, inter docendum
multitudinē, imperiosius interpellatus,
matris & fratum nomine cupientium
eum conuenire, quam non blande re-
spondit, Quæ est mater mea, & qui sunt
fratres mei? Rursus, in cruce mulierē, nō
matrem appellat, sui loco Ioannem sup-
ponens. Cæterum honoris studium, & Ambitio
ambitionis morbum, qui generosis, & es-
rectis ingenij maxime solet innasci, q[ui]
modis ex animis discipulorum reuellit
haud ignarus, hanc fore præcipuam pe-
stem procerum ecclesiasticorum. Et hoc
affectu passus est suos tangi, quo estica-
cius eximeret. Ambitionis erat, quod fi-
lii Zebedæi per matrem in hoc suborna-
tam, postulant, ut Christo proximi sede-
ant in regno cælorum. Ambitionis erat,
quod inter se disceptant, quis esset futu-
rus primas in regno cælor[um]. Proinde au-
diunt a dño, Principes gentiū dominant
eis, & q[uod] potestate habet, exercet in suos.
Nō sic erit inter uos, imo quicunq[ue] uolue-
rit inf[er]nos maior fieri, si t[em]p[or]e minister,
& qui

& qui uoluerit inter uos primus esse erit uester seruus. Nec hoc contentus obiicit exemplum sui, Sicut filius hominis non uenit, ut sibi ministretur, sedut ministret alijs, & animam suam det pro multis. Pape, quantū hæc oīo discrepat ab ambitionis affectu. Exhibit puerum humilem, ac pusillum, negans quenquā ingressurę regnū cælorū, nisi qui se se ad eius modū lū submitteret. Rursum Matthæi. cap. xxiij. scribarꝝ ac Pharisæorū fastū, & ambitionem palam insectatus, quod dilatatis phylacterijs, ac simbrijs ampliatostantes se se captarēt primos accubitus in coenis, & primos cōfessus in synagogis, atq; in foro gauderent honoris gratia fastū Rabbini, Vos autē, inquit, nolite uocari Rabbi, Vnus est em̄ magister uester, omes autem uos fratres estis. Et patrem nolite uobis uocare sup terrā, unus est em̄ pater uester qui in cælis est. Nec uocemini magistri, quia magister uester unus est Christus. Qui maior est uestrū, erit minister uester. Porro qui semet extulerit, huiliabitur, q; se huiliauerit exaltabit. Idē agit Lucæ cap. xiiij. parabola de inuitatis

de inuitatis, inter quos qui sibi postremum locum delegerat, iubetur ascendere. Eodem pertinet, quod inuitat, ut submissi blandum ac molle iugum suum accipiant. Discite, inquit, à me, quod mitis sim, & humiliſ corde, & inuenietis requietem animabus uestris. Tumultuosa Superbia res est superbia, cōtendit de honore, uindex est, & dum nulli cedit, nunquam a pugna uacat. Quanquā nulla doctrina efficacior, quam ipsius uita. Quem em̄ homunculum non pudeat erigere ceruicem, cū ille uere summus, præcinctus linteo, lauat pedes discipulis suis. Capit, ceditur, cōuicijs afficitur, ac ueluti flagitiosus in crucem tollitur. Deniq; p summā deiectione sui, promeruit ad summā euehi dignitatē. Porrò permulti tument ge Generis neris nobilitate, qui morbus oīm quidē fiducia. cōmunis, Iudæis tamen peculiarius adhæsit, qui sine fine iactabant patrē Abramam. Ne cœperitis, inquit, dicere, Filij Abramæ sumus. Dico em̄ uobis, Potens est deus, de lapidibus his suscitare filios Abramæ. Et alias filios Abramæ uocat, q; cung; Abraham factis referrent, iplos f qui se

S2 C O M P E N D . T H E O L O .

Sæuitia.

qui se gloriarentur Abrahæ filios, diabolū filios esse, qui parentem hunc īipijs factis æmularentur. Omnis igitur Christianus norum nobilitas recte factis æstimanda est, non stemmatis. Is demum pudendæ conditionis est, quisquis seruit uitij. Centurionem alienigenā præfert Iudeis, Samaritanū leprosum, anteponit ludæis. Rursum Samaritani uulnerati uiator scutatorē, anteponit sacerdoti & leuitę, q̄ Samaritanos, ut extremos homines, alpna bantur, seipsoſ pro semideis gerebant. Sæuitiæ malum funditus exigit, tot parabolis ad clementiam & ignoscendi facilitatem prouocans, apud Matthæū cap. xvij. de seruo, qui noluerit remittere cōseruo, cum ipse domini cōunis lenitatem esset expertus. Dum inibi iubet errantem fratrem clanculum absq; arbitris corrigi, dum septuagiessepties resipisci, totidē iubet ignoscere. Rursum cum Lucæ cap. xix. Samaritanis Christū non recipiētibus, Iacōbus & Ioannes, Vis inquiunt, ut iubeamus ignem ē cælo descēdere, qui cōsumat istos. Ab hoc affectu protinus eos reuocat ad affectum mālue-

tudinis,

P E R E R A S M V M R O T . 8;

tudinis, & acriter increpitis illis, Nescitis inquit, cui⁹ spiritus estis. Filius hominis non uenit ad perdendas animas, sed ad seruandas. Est & alius affectus, qui inter fiducia ipsa benefacta bonis etiam uiris insidia, sui. tur, ni cauerint, fidutia nostri. Non tolerat hunc in suis Christus. Parū pius est, qui sibi pius uidetur. Phariseum sua merita prædicantē ē proximo fastidit, Publicanū ē longinquo sibi displicentē agnoscit. Item apud Lucam, cap. xvij. adhibita similitudine declarat, nihil gratiæ deberi seruis, etiam si pōmia suo functi fuerint officio. Sic & uos, inquit, cū feceritis omnia, quæ præcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus, qd debuimus facere, fecimus. Nec aliud agit proximo capite, parabola de talentis ab hero commissis. Sors est aliena, quantulacunq; est, quicquid hinc queritur industria nostra, domino queritur, nō nobis. Dispensatio nobis est credita, male nobis, si cessauerimus, non est quod gloriemur nostro nomine, si cū officio rem gesserimus. Huc spectat, qd legimus apud Matthæū cap. xix, cum cuidam interrogati,

f ij

quid

quid boni sibi faciendū esset, ut haberet uitam æternā. Quid me, inquit, interrogas de bono? unus est bonus deus. Sensit morbum homis, sibi bonitatis laudem arrogantis, cum omes nostræ iustitiae corā oculis dei, nihil aliud sint, quam pannus mulieris menstruo pluuiō poluitæ. Ad hæc apud eūdem cap. xxv. solos illos agnoscit, qui ipsi sua benefacta nesciūt. Domine, quādo te uidimus esurientem, & pauīmus, sitiēntem, & dedimus tibi potum? Quando autem te uidimus hospitem, & collegimus te, aut nudum, & cooperuim⁹ te? Aut quādo te uidimus ægrotum, aut in carcere, & uenimus ad te? Hoc est certissimū ueræ pietatis argumentum, si conatus pro uiribus omnia, tibi uidearī expers piefatīs. In iusti mirātur, si quod officium præterissent, adeo sibi non uidebātur īpij. Ne eos quidē agnoscit apud Matthæū cap. viij. qui se se comemorant & dæmonia p̄ illius nomen eiecisse, futura prædixisse, multaq̄ stupēda gessisse, Amen, inquit, dico uobis, nescio uos. Huc alludit nī falor, parabola, quam apud Lucā cap. xij. pponit,

proponit, admonēs, ne quis iustitiæ suæ fidutia, prouocet ad iudicem, iuris rigorem experturus, cōponat magis cum aduersario lītē. Nec altū agit Ioannis cap. xv. cum ait, Nō uos me elegistis, sed ego uos elegi, & posui uos ut eatis, & fructū adferatis. Atq̄ inibi paulo superius, se uitem uocat, discipulos palmites. Si quid a nobis adfertur bonæ frugis, totum stirpi transscrībēdum est, sine qua nihil sum⁹, nisi ignis alimonīa. Ac mox capite proximo discipulos nō nihil sibi placentes, cum aiunt, Nūc scimus, quod scis omnia, nec opus est ut quisquā te interroget, per hoc credimus, quod à deo sis protectus, ut mox repellit, nec sinit in eo manere affectu. Nunc inquit, creditis. Ecce ueniet hora, & iam uenit, ut me deserto, dispergamini alij alij. Nec Petrum tulit humana fidutia magnifice de se pollicentem, Etiamsi omnes offensi fuerint, ego certe non labascam. Amē inquiens dico tibi, qđ hac nocte, priusquā gallus bis canat, ter me negabis. Alios discipulos, iactan tius referentes, quam in primo prædicationis tyrocinio res successisset, dæmo f ij nijs

Pudor hu
manus.

nījs quoq; subiectis, Amen, inquit, dico uobis, Vidi Luciferum tanquam fulgur de cælo cadentem. Nolite gloriari super hoc, quod spiritus subiūciūtur uobis, de hoc potius gloriemini, quod nomina uestra scripta sunt in cæl. Nec solus Petrus se fortem fore prædicarat, uox illius, uox erat omniū, nec ille solus diffisus est, dif- fuderūt cæteri quoq; metu territi. Præ- ter hæc, est mira uis pudorū humani, quē sæpenumcro non possunt contemnere, qui possunt opes ac uoluptates contene- re. Proinde beatos pronuntiat, cum illis exprobrarint homines, confictis calu- mnijs eos traducētes. Addit exemplum sui, Si patrem, inquit, familias Beelze- bub uocauerunt, quanto magis domesti- cos eius? Non est discipulus supra magi- strū. Et in Actis, gloriæ sibi ducūt Apo- stoli, publicitus flagris cæsi, q̄s deus di- gnos habuerit, ut pro Christi nomine co- tumelijs afficeretur. Atq; alibi uices mu- tuas pollicetur, Quem mei puduerit, in- quiens, apud homines, huius me quoq; pudebit apud patrem mecum, & qui me professus fuerit apud homines, hunc ui- cissim

cissim agnoscam apud patrem. Paulus nō alijs de rebus gloriatur, quam de cru- ce domini Iesu Chirī, quam mūndus sum mū probrum esse ducit. Idem nouit, per infamiam & bonam famā, euangelij ne- gotium agere, sic, ut si quid gloriæ con- tigisset, Christo transcriberet, si quid ignominia, gloriæ loco duceret, ob Chri- Persecu-
stum male audire. Restabat extrem⁹ af- fectus, adeo nobis insitus natura, ut inex- pugnabilis uideri posset, nisi nihil non posset deus. Quis em̄ humanis præfidijs contēnat metū iudiciorū capitaliū, sæui- tiam tyrannorū, crudelissima supplicia, deniq; mortē etiam p̄brosam apud homi- nes? Hac q̄q; in parte, suos securos esse iuber, præcipiens ne meditent apologia, qua se tueant p̄ tribunalib⁹, se suggestur, qd dicto fuerit op⁹, se suppeditatur facū dia, cui nō queant aduersarij resistere, nō formidados eos, q̄ corpus ualeat occide- re, animā non possint, qua incolumi, ni- hil totius hominis perit, quādo pollicit⁹ est, ne pilū quidē capitū nostri peritur.

Ab his igit̄ affectibus liberos, quid est quod uel corrumpere postit, uel terrere?

f iij Rursus

Rursus qui his obnoxius est, non potest cōstanter Christi negotium gerere. Videl episcopus qd expeditat gregi, & uult illi cōsultum, sed protinus reclamāt affectus, si hāc pergas, decrescat cēsus, offendes principem, non assequeris galerum cardinalitium, habeberis delirū. Nec tamē est irritandus quisquā, sed si Christi res secus obtineri non potest, magno anime ḡdō ferenda sunt rerum dispēndia, famae uis audēt probra, capitis discriminā. Apostoli nūs dum cum ipsa uocat̄ res quam prouocant magistratus, aut principes, nō exprobrat̄ populo pristinæ uitæ dedecora, tantū ad Christum, ad uitæ nouitatem, ad salutē inuitant, & om̄ib⁹ quantū licet sese accommodat, quo plures pelliciant ad Christum. Quod si fluctib⁹ rerū humanaꝝ sic inuolucmur, ut quō Christus & animi uotū inuitat, p̄tendere non possumus, tamē hūc pro uiribus cni tēdum crit. Opibus onerauit te fortuna, fortasse non expedit abiūcere, posside cōtemptim, & ut Pauli uerbis utar, posside tanquam non habcas. Minus angeris, si quid decurtatum sit, minus metu, si qd immineat dispēndi. Cōtigerunt tibi parentes

rentes clari, contigit uxor insignis, habet tanquam non habeas, & minus auocabit à pietate horū possessio. Cōtigit prīcipis fauor, ne hinc intumescaſ, ſed abutere potius, quatenus licet, in rem Christi. Inuolutus es aulæ negotijs, explicat̄ p̄ uirili, nihilo ſecius intermixim ex hoc malo deccrpens, si qua bonæ rei ſeſe obtulerit occasio. Semper interim Martha muret aduersus Mariam, inuidens illius otio. Super om̄ia adſit innocētia, quam pudeat & malos incessere. Adſit charitas ad benemerendum de om̄ib⁹ exposita & alacris. Adſit animi lenitas, quæ ſauitiam impiorū uel mitiget, uel toleret. Adſit simplex prudentia & prudens simplicitas, quæ ſic declinet iniuriam, ut ipsa nullū afficiat iniuria. Adſit certissima fidēs, quæ de Christi promissis nihil addubit. Hos animos ſi p̄aſtitcr̄t iij, qui in Apostolorū uices ſuccedunt, tū uere meatur dici regnum calorū, ecclesia Christi. Nūc adeo pleriqꝫ absunt ab hac imagine, ut ſint, qui hāc uelut obſoletarideant, ut ſint, qui diuersa doceat. Quoniam Exempla autem huic tēdit uniuersa Chri doctrina, r̄e iſacris literis. f , ut ipſi

90 COMPEND. THEOLO.

ut ipsi pie, sancteque uitam traducamus, conueniet ad omes uitae actiones exemplum, ac formam e diuinis libris uenari, præcipue uero ex euagelijs, e quibus potissimum nostra ducuntur officia. Observandum igitur, ut ipse Christus se gesserit erga uarios marie, erga parentes, puer & natu grandis (puer obtemperat, docens conténit) erga discipulos, erga phariseos elatos, erga percotantes insidiose, erga plebem simplice, erga afflitos, apud suos, apud exterios, apud magistratus, Quibus etiam rationibus suos ubique præmuniterit, quomodo se gerere debent, erga cognatos, & amicos, quos ne futuri quidem uult cum euangelicæ prædicationis dispendio, erga benemerentes & excipientes euangeli gratiam, erga reijcientes, erga perleutores, erga ludæos, erga gentes, erga fratrem imbecillum, aut errantem, erga fratrem incorrigibilem, erga iudices impios, erga gregem sibi commissum, cæteraque quæ nobis in quotidiano uitæ usu solet incidere. Horum si uidetur locos aliquot commemorabimus, ob imperitio

res,

PER ERASMVM R O T. 51

res, quo facilius reliqua per se possint annotare. Duo quæda peculiariter & perpetuo inculcat Christus, fidem, & charitatem. Fides & charitas

Fides præstat, ut nobis diffisi, fidutiam omnem collocemus in deo. Charitas hortatur, ut de omnibus bene mereamur. Primum apud Matthæum capite nono, alienam etiam fidem imputat paralytico, Videlis autem Iesus fidem illorum. Ac paulo post, cæcis opem, ac misericordia implorantibus, non prius succurrit, quam de fide stipulatus, Creditis, inquit, quod hoc possum facere uobis? Cuncte respodissent se credere, tum denique tetigit oculos eorum, dicens, Secundum fidem uestra fiat uobis. Rursus ibidem, mulieri contactu uestis sanitatem assecutæ, Confide, inquit, filia fides tua te saluam fecit. Apud eundem euangelium cap. xiij. discipulis expauefactis, ac uociferantibus præ timore, Habete, inquit, fidutiam, ego sum, nolite timere. Ac mox Petrus fide fultus, ad exemplum præceptoris ambulat super aquas. Idem hæsitans, pessum it, & audit, O parum sedens, quare dubitabas? Ac proximo capi. ucluti

ueluti coactus per Cananæx fidutiā, ut cui nollet, præstaret hoc beneficij, exclamat, Omulier magna est fides tua, si attibi sicut uis. Apud Lucam cap. xvij. leprosum fidei uult acceptā referre sanitatem, Surge inqt, uade, qd fides tua te saluum fecit. Rursum Ioannis cap. iiiij. reguli fides salutem impetrat filio moriēti, Credidit, inquit, homo sermoni, quē dixit ei Iesus, & ibat, iam autem eo descendente, serui occurserunt ei, & filiū salute nuntiant. Iterum Matthæi cap. xvi. discipulis de panibus solliciūs δλιVοντιSicq; exprobrat. Apud eundem cap. xvij. discipulis admirantibus quid obstiterit, quo minus potuerint sanare lunaticū, Propt̄ incredulitatem, inquit, uestrā non potui stis. Ac mox declarās quāta sit fidei uis, Si habueritis, inquit, fidem, sicut granū sinapis, dicetis monti huic transī hinc, & trāsibit, necq; quicquā erit uobis impossibile. Apud eundem cap. xxij. discipulis admirantibus sicum ad execrationē Iesu exaruisse, Amē, inquit, dico uobis, si habueriiis fidem, nec hæsitaueritis, non solum qd accidit sicui facietis, sed et si morti huic

huic dixeritis, tollere, & projectem in mare, fiet. Et quicquid postulaueritis in precibus uris, accipietis. Item apud Marcum cap. x. cæcūsanat audit, Fides tua te saluum fecit. Apud Lucam cap. viij. discipulis ob tempestatis uim periclitantibus, Vbi inquit est fides uestra? Ac mox eodē cap. exanimato Archisynagogo, ad nuntiatam filiæ mortem, dominus Iesus, Noli, ait, timere, credet tantū, & salua erit. Tāta res est fides, ut ex huīus uel in opia, uel imbecillitate fere nascatur, quicquid uitiorum Christianorū mores corrumpit. De charitate uero quid attinet Charitas indicare? Quid em aliud docet, quid aliud tota sua uita inculcat Chrs, nisi sumam charitatem? unū hoc erat, qd nos docturus uenerat. Siquidem apud Lucā cap. xii. Ignem inquit, ueni ut mittam in terram, & quid uolo, nisi ut accendatur? Iam apud Ioannem totū hoc, quod loquitur, quod agit apud discipulos, imminēte mortis tēpore, quid aliud sonat, quid aliud spirat, quam igneam ac flagrantissimā charitatem? Quis tam faxeusest, ut illa legat absq; lachrymis? Hæc est charitas,

94 COMPEND. THEOLO.

ritas illa, morte fortior, quæ amatem ad mortis usq; contemptum inflamat, quæ efficit, quod nulla possunt humana præsidia. Huius unius symbolo uoluit suos discipulos à cæteris discerni. Per hoc inquiens, cognoscet omnes, quod discipuli mei esis, si charitatem habueritis inter uos mutuam. Deus, inquit, charitas est, ab hoc excidit, quisquis excidit à charitate. Próinde Matthæi cap. uigil magno, declarans, & ob oculos ponens, quibus factis debeatur cælum, uide quid commemorat. Num uestem folidam? Num ieunia? Num ciborum delectum? Num psalmorum uim demurmurata? Num eruditio nem? Num miracula? Nihil horum. Quid igitur? Pauistis, inquit, esurientem, potum dedistis sitienti, excepistis hospitem, nudum texistis, ægrotū inuisistis, carcere inclusum subleuastis alloquio. Nihil autē aliud sunt hæc, quam officia charitatis. Euolue testamentum officie nouum, nihil usquam reperies præceptum, quod ad ceremonias pertinet. Vbi de cibis aut ueste uerbū ullum? Vbi de inedia, aut similibus, uilla metrio?

Ceremo-
nia.

PER ERASMVM R O T. 95

mentio: Solam charitatem suum præceptum uocat. Ex ceremonijs oriuntur dissidia, è charitate pax. Apud Matthæum obmurmurant Christo Pharisei, qd fame per pulsi sabbato uellerent spicas. Quibus David obiicit exemplum, qui nō ueritus sit sacrosanctis uesci panibus. Quod si nos letis, inquit, misericordiam uolo, & non sacrificium, nunquā condemnassetis innocētes. Dominus est enim filius hominis etiam sabbati. Atqui hæc erant à deo præcepta, & tamen non uult obseruari, quoties charitatis officium est præstandum. Quid igitur dicent homini culi obscuri, qui ob interdictū esum carnium, aut his frigidiores constitutum postulant, ut totus homo ueniat in capitib; periculum? Apud Ioannem cap. ix. magnas excitat tragedias, quod cæco reddidisset oculos die sabbati. Apud eundem cap. iiiij. paralytico sanato obmurmurant, qui iuisu Christi grabbatum suum sabbato sustulisset. Apud Matthæum vero cap. ix. Taciti secum obganiunt, qd peccata remitteret. Obmurmurat alibi, qd sabbato sanasset mulierē tractā, qui

qui bouem aut asinum in puteum delapsum, non uererentur educere sabbato. Christus clamat, non hominē ob sabbatum esse conditum, sed sabbatū ob hominem esse repertum, & tu uis tuas legestā tum ualere, ut citius pereūdum sit homini Christiano, quam ab ihs latū digitum discedat? Rursus obmurmurant apud Matthæum cap. xv. quod discipuli manibus illotis cibum caperent. Hic uero nō solum pius dominus excusat suos, uerū etiā crīmē in ipsos retorquet, qui ob Corban, quod auaritia sacerdotū repererat, negligebant dei præceptū. Nam dei uocat, quod ad naturalem pietatem attinet. Succurrere parētibus, charitatis est, ab hac auocabant, modo nōnihil accresceret gazophylacio. Christus clamat, non quod intrat in os polluit homīncm, & tu exigis a Christiano, ut ingenti ualetudinis dispeōio uescatur pīscibus? Imō præte non ducis pro Chriltiano, qui corporis habitu compulsus, quo cūcū dic, quo cūcū cibo uescens grās agit deo? Adeo placet Christo bñficienia, quam eleemosynam appellat, ut apud Lucam cap. xvi collaudet

collaudat iniquū dispensatorē, qui frau-dato domino, subuenerit debitoribus. Iā quid aliud nobis commendant Apostoli Iuis epistolis? Et nos ad hæc omnia pene surdi, plusquā Iudaicis constitutionibus oneramus Christi sanguine liberos? Ob has calumniamur immerētem? Verum hæc insectari, non est huius instituti. Re liqua carptim, ut quicquid occurrerit, at tingemus. Annotandum, quod Christus ubiqz fere miseret turbæ simplicis, in solos Phariseos, Scribas, & dīuites uæ formidabile intonat, uidelicet indicans, in episcopis, Theologis, ac principibus esse sītum, ut populi uigeat pietas. Ab ilis omne malum oritur. Miseret populi, qui dum Pharisei suū agunt negotium, deltitutus oberrat, in more gregis a p-a-store deserti, disiectiqz. Christus more Iudæorum ieuniasle creditur, uel hoc argumento, quod eo nomine calumniantur discipulos, non ipsum, ut legis apud Matthæum cap. ix. significans oēm occasionem calumniæ uitādam ihs, qui pastores agunt, aut principes. Christus bis dūtaxat sœuile legitur, in primores,

g Matthæi

Matthæi xxi. & apud eūdem cap. xxij.
in negotiantes in tēplo, satis testans, his
fontibus uniuersam ecclesiæ pestem ori-
turam. Nullos esse magis capaces Euā
gelicæ doctrinæ, quam simplices, mites
ac modestos, aperit. Vbique pusillo sam-
plectēs, & horæ esse regnum cælorū præ-
dicans. Non admittēdum cuiusquā ho-
minis consiliū, qđ auocet à pietate, docet
exemplō suo, cum Petrū pauloante col-
laudatum Satanam appellat, & qui con-
sultor præire uolebat, imitatione mortis
sequi iubet, quemadmodum legis apud
Matthæū capite decimo octauo. Quæ-
dam & præter ius facienda, ne turbetur
ordo publicus, submonet eodem cap. iu-
bēs solui dīdrachmū, cum testatus esset,
immunes esse regni filios. Nihil insana-
bilius esse impietate, pietatis imagine p-
sonata, docet apud eundem Euangeliū
capi. xxi. Amen, inq̄ens, dico uobis, qđ
publicani & meretrices præcedunt uos
in regnū dei. Pharisei nusquam non recla-
mant Christi doctrinæ, sanctimonix fal-
sa specie turgidi. Publicani & meretrices
morbum agnoscentes suum, ad medicū
accurrunt.

accurrunt. Ac mox ibidē, In factis, nō
uerbis, in affectu, nō cultu, in obediētia,
nō cæremonijs sitam esse uerā pietatem,
docet, pposita parabola de duob⁹ filijs, ē
qbus laudat is, qui qđ ybis detrectarat,
re prestitit. Episcopis, & ijs, q legitimis-
fungunt honoribus, etiā paꝝ probis, ta-
mē obteperandum esse, modo recta do-
ceant, admonet apud eūdem capi. xxij.
Super cathedrā Mosi sederunt scribæ, &
Pharisei &c. Audiēdus est, q docet euā-
gelium, etiā si non uiuat euāgeliice. Cæ-
terum eodē in loco taxat eos, qđ huma-
nis p̄stitutionib⁹, onerent populū, subin-
dicans in hīmōi negligēdos, quādoqui-
dem aliās & apostolos defendit aduersus
Phariseos, calūniantes qđ illotis mani-
bus cibū caperent. Nō temere, neq̄ su-
bito irrūpendum ad munus euangelicæ
prædicationis, docet ipse tot testimonijs
ante coprobatus, Ioannis, colub̄, p̄ris,
a baptismo secessit, ieiunauit, tētatus est,
uicit, atq̄ ita demū undiq̄ spectatus atq̄
instruct⁹, nō statim summa docuit, sed abloā
nis prædicatiōe fecit initiū, ad resipiscen-
tiā, & superioris uitæ p̄enitūdinē puocas.

g ij Nullus

Nullus enim opem medici desiderat, cui non displaceat sua ualeudo. Quod autem ultro quosdā accersit, uelut Iacobū, Andream, Petrum, ac Matthæum, quosdam sequi uolentes, reiçit, nos admonitos uoluīt, nō quoilibet esse recipiendos ad nostræ religionis cōsortium, sed eos dūtaxat, qui sincero simpliciç accedunt animo. Id quidem certo liquebat ei, cui patebant omnia, nobis idem conjecturis puestigādum est. Christus, ut omnibus prædicauit, ita neminem unquā blādimentis, aut humanis pmissis ad se pellexit, neq; quenquā uī adegit, cum esset omnipotēs, benefactis traxit, exemplo uitæ traxit, Idem factū ab apostolis. Pró inde uidendum rectene sentiant ijs, qui Turcas bellicis machinis student Christianos facere. Imo potius tonet apud illos Theologorum uox, apostolicæ similiſ, Luceat uitæ cādor, Sic fiūt uere Christiani. Apud Matthæum cap. viij. Geraseni, cōspectis miraculis, rogat Iesum, ut excederet suis finibus, quod ad ipsorum affectus esset īutilis. Ita nr̄is quoq; tēporibus pleriq; sunt, qui taceri uelint doctrinā

doctrinam euangelicā, ut cum ipsorum uitæ īstituto pugnante. Christus adhuc īfans, fugit in Aegyptū, uir, ultro sese offert satellitibus, īdicans esse tempus fugiendi, ac subducēdi sese, cum imminens periculum non uideatur facturū ad gloriā Christi. Apostolos suos diu rudes & incredulos, lenissimo p̄tulit animo, donec paulatī p̄ficerent, Ita sacerdotes summa māsuētudine ferre debent populum īfirmū, donec sensim ad meliora prouehatur. Idem se facilem, ac popularem, & expositum, omnibus præbuit, ne publicanorū quidem, ac peccatorū fugiens conuiuia, sed nusquā non agens euangelij negotiū. Ita conuenit episcopum, aut horum uicarios, omnibus sese accōmodare, sed hoc interim agētes, nō ut ipsi ditiōres evadant, ucrū ut suos redant meliores. Ascūuit te princeps ī regiam, ut sis à cōfessionib; aut à concionibus, ne id agas ut episcopatū auferas, sed ut pauciora peccentur inter aulicos.

Carnis nccētitudines obstarē ijs, qui rem euangelicam gerunt, testatur apud Matthæum cap. xiiij. inter suos pauciora g iij p̄fercens

proferens miracula, ob illorū incredulitatem. Nonne, inquiunt, hīc est fabrī filius? Nonne mater eius dicitur María, & fratres eius Iacób, & Ioseph, & Simon, & Iudas? Et sorores eius omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Atq; alibi cognati illius parant eum in uincula conūcere, dicētes, in furorē uersus est, ut legim⁹ Marcī cap. tertio Proīāde qui uirtute uelit prodesse multis, matore cū fructu peregre faciet, quām domi. Discipulos, nō habentes quod pro se respōderent, ubiq; defendit aduersus Pharisæorum calumnias. Velut apud Matthæū cap. xij. dum sabbato uellunt spicas, Rur sum cap. xv. dum illotis manibuscibum capiunt. Iterum alibi, dum nō ieunant, quēadmodum Ioannis discipuli. Non adnitendum, ut à quibusuis lauderis, sed duntaxat à probatis, & ab ijs, qui nō laudent, nisi honesta, docet diuersis locis. Nam Marcī capite primo, in templo uociferanti dæmonio respondet, Obmutesc, & exi ab homīne. Apud eundem capite tertio, Sp̄iritibus clamatibus, Tu es filius

filius dei, additis minis interdicit, ne se proderent. Iudam admonuit, non reiecit, nec ab osculo solito submouit, necq; prodidit, à quo erat prodendus. Tātum tribuit amicitia, ac domesticæ familiatati, docens non temere deserendam semel initam amicitiam. Sic & Martinus tulit Brixium suum. Quod Petrus à negatione resipiscit, Christo in illum oculos defigente, Iudas pœnitidine facti ductus, abiit, ac suspendit se laqueo, duplīcē indicat pœnitentiam, frugiferam & infrugiferam. Felix autem peccator, quē lapsum aspicit Christus, Infelix qui semet ab illo auertit, ut uideri non possit. Est aliquid, seruatum, uel cminus sequi. Quid nobis agendum sit, si quando ingruerit extrema malorum procella, aut mortis necessitas, quæ neminem non manet, docet ipse, sub tempus mortis secedens, uigilans, instanter orans, prostratus in terram, ueluti suis præsidij destitutus, totus à patris auxilio pendeat. Martyr, qui suas metitur uires impar erit supplicij.

g iiii Ch̄s

Christus raro edidit miracula, quæ præter admirationem nihil haberent utilitatis, qualia ferè sunt, quæ nunc fingunt de diuis. Sanauit ille, pauit, liberauit à periculis, quæ beneficentiae sunt. Proinde qui magnus uideri uult in ecclesia, huiusmodi factis magnū sese declaret, quæ iuuent, non quæ populi malo uires ipsius testentur. Nunquā cestandum adō *Ecclesia sacra*, licet non proficiat omibus, docet parabola seminatis. Sat̄ est si quædam pueniunt. Christus cum suis discipulis, ut ab amicis ultro, porrigitib⁹ quædā accepit. Ita nihil exegisse legitur, aut captasse, nec nisi pro uitæ usu praescit. Ita qui præsunt gregi Christiano, grati⁹ doceant, nō deerunt, qui ultro suppedent, si modo frugi sint, & ultra naturæ necessitatem nihil requirant. Nihil accipiendum ab ijs, qui pertinaciter aspernantur salubrem admonitionē, ne videamur illorum fauere peccatis. Docent apostoli, q̄ ex doctrina domini, pedum quoq; puluerem excutiūt in eos, qui nō recipiunt euāgelium. Non esse statim prohibendos, qui administrant ecclesiæ

sacra-

sacramēta, aut qui doctrinā Christi prædicant, etiam si uita parum respondeat, subindicat Marci cap. nono, uetans prohiberi, qui miracula ediderat sub nomine Christi, cum ipsum non sequeretur.

Boni pastoris esse, nonnunquā se in altissimū otium abdere, ac secedere, quo liberius precibus ac sanctæ lectiōi uacet, ut ijs rebus redintegratus, uegetior redēat ad episcopi munia, docet Marci capi. sexto, suos abducēs in locum desertum, ut aliquātis per requiescerent. Quales oporteat esse secessus episcoporū, multis docet locis, non ad uoluptates secedens, aut uenationes, sed ad orandum, ad familiarius colloquēdum cū suis. Tales erant secessus olim præsulum, quos ob infrequentia monasteria uocabant. Solam fīcum execratus est Christus, quæ folijs, uelut imposuit esurienti, significans nullum hominū genus sibi esse inuisius, quæ hos, qui sub pietat̄ p̄textu sunt impij, & religionem titulo, cultuq; profitentes, uiuunt irreligiose. Quicquid ad salutē nostrā pertinet, id crebris precibus a deo flagitandum, docet ipse subinde orans,

g , quicqd

quicquid obtigerit boni, id deo ferendum acceptum, docet ipse, frequenter gratias agens patrī. Idem inculcat parabolis aliquot, uelut illius, qui cogit improbitate sua, nocturnū amicum surgere. Item uiduæ, iudicant inexorabilē assidua interpellatioē defatigatis. Idem nō uno in loco præcipit discipulū suis, Petīt & accipietis. Indolem egregij pastoris etiam in puero submicare, ac scintillulis qbusdam sese prodere docet ipse, puer duodecim annos natus, in templo sapiētiæ suæ specimē, ac gustum præbens. Item in nuptijs præludens miraculo, & ante baptisum iam seu meditātis euangelicum munus, ac prægestiens ad futuram prædicationem. Qui uelit prædicationis Euangelicæ negotium suscipere, eum oportet ab omnibus carnis affectibus esse repurgatum, neq; quicquam nisi cælestia saperet. Christus in baptismo spiritu impletus est, huius impetu raptus est in delerium. Hinc à tentatioē uictor, spiritus impletu raptus est in Galilæā, quemadmodum legis apud Lucā cap. quarto. Hinc ingressus Nazarenā synagogam expli-

cato

cato uolumine Esaiae, locū nactus est de spiritu, Spiritus dñi super me, eò quod unxit me, ad euangelizandum pauribus misit me. Nicodemum iubet renasci, non ex carne, sed ex spiritu. Apostolus post resurrectionē ad prædicationem ire iussis, afflat spiritum sanctum. Rursum ab Ascensione mittit spiritum igneum. Quidam ob hoc ipsum sancti uolunt haberi, quod semet abundā uulgi conspectibus. At exemplo Christi, qui uere Christianus est, non horret consorium imbecillium, modo spes sit ulla resipiscētiæ. In conuiuio contrectatur à muliere peccatrice, Colloquijs priuatim cū muliercula Samaritana, quæ cū sexto uiuebat adultero. Coniuatur cū publicanis. Cur em̄ horreat fidus & amic⁹ medicus hoīes morbos, modo spes sit sanitati⁹? Beneficiū gratijs, & absq; spe redditū scenor⁹ esse collocand⁹ docet apud Lucam cap. xiij. nec ullā bnfactor⁹ mercedē expectādam, nisi in resurrectioē iustoī, parabola pposita, monens nō efficiūtados cognatos, aut uicinos, aut diuites, sed pauperes, debiles, cæcos, & claudos.

Cum uul-

Cum uulcus horum, qui sibi pīj uidētur, in preculis, aut sup̄stitionis ceremoniis summā pietatis collocet, Christus apud Lucam cap. xv. præcipū pietatis officium, deoꝝ gratissimū declarat esse, si quis peccatorem ad resip̄scentiam adducat, eandem sentētiā tribus parabolis inculcans, ouis centenariæ receptæ, drachmæ decimæ repertæ, & filiū prodigi resip̄scentis. Atq; inibi summus ille pastor, qui solus omniū prorsus ab omni uitiorum labe fuit immunis, docet peccatorem ex animo resip̄scentem, cum gaudio recipiendum, cum uulgo his insultemus, & cū æterna nota recipiamus, perinde quasi nos uacemus omni criminē.

Vbicꝝ facta dictaꝝ sua refert ad autorem patrem, exemplo dato, ne quid nos homunculi nobis arrogamus, neue nostræ innitamur prudentiæ. Quicquid uita communis obtulit, hoc fere uertit in occasionem docēdæ pietatis, osteso Cæsaris nomismate & imagine, detorquet huc, ut ex imagine mētis meminerimus, quid debeamus deo. Turbas frequentius affluent, ob cōsulium exhibitum
hortat

hortatur ad cibum qui nō perit. Rursus apud eundem Ioannem efflagitantibus signum aliquod, quod cum mamma cælitus olim delapso conferri possit, ad sui corporis epulas uocat, longe quoq; māna sacra tiores. De insigni scelerorum quorundam supplicio renūtiantes, per occasionem inuitat ad poenitentiā. Pueros oblatos uertit in exemplum mansuetudinis, tēpli ltructuram ostentantibus, meminit de morte & resurrectione sua, mulieris elogium, clamatiā beatum uterum, qui tales gestasset infantem, beata ubera, quæ tali puero lac porrexissent, Huc deflectit, ut potius beatos ostendat, qui cōcipiunt sermonē diuinum, & hinc fructum edūt nunquā periturum. Quāquā hæc ratio latius patet, quam ut sit omnibus exemplis explananda. Quod apud Ioannē cap. xij. pharisæi destinant & Lazarū interficere, typum habet, qđ improbi nō solumoderūt Chrm ipsum, sed eos quoq; per quos Christi nomen illustratur. Annotandus est apud eundem circulus, in quo fere se uoluit, ubiq; & societate & fœdus Christianū commēdans,

IIo COMPEND. THEOLO.

dans, præsertim cap. xij. & xij. se declarat idem esse cum patre, adeo ut qui filium norit, norit & patrem, qui siliū spernat, spernat & patrem, nec separatur ab hac cōmunione spiritus sanctus. Sic enim legis in epistola, Tres sunt, qui testimonium dāt in cælo, pater, sermo, & spiritus. Atque hi tres unum sunt. In idem consortium trahit suos, quos palmites suos appellat, obsecrans, utquæ admodum ipse idem erat cū patre, ita & illi idem essent secum. Imputit ijsdem cōmuncm patris suumq̄ spiritū, omnia conciliante. Nō credit Petro suas oves pascendas, nisi ter amore Christi professo, subindicans epi scopo nihil spectandum, præter salutem gregis, & Christi gloriā. Ac mox ostendit, quo debeat se præparare fidus ac uerius pastor, subiectus. Amē dico uobis, cum essem iunior, cingebas te, & ambulas quō uolebas, cum autem senueris, porriges manus tuas, & alius cinget te, ducetque quo non uis. Ad hunc modum conueniet in singulis mysticorum uoluminum locis philosophari, præser- tū in euangelijs. Nam hæc exempli gra- tia dū-

PER ERASMVM ROT. III

tia dūtaxat in medium adduximus, quoniam indicaremus alijs, forsitan his meliora reperturis. Sed bona difficultatis pars sita est in ipso sermonis habitu, quo traditæ sunt nobis sacræ literæ. Nam tropis & allegorijs, ac similibus seu parabolis, ferè opertus est & obliquus, nonnūquam usq; ad ænigmati obscuritatem, siue id Christo uisum est, quo prophetarum sermonem, cui iudeorum aures assueuerant, referret, siue hac difficultate segniciem nostram exercere uoluīt, ut postea gratior esset fructus, non sine negotio quæsitus, siue hoc cōsilio sua mysteria prophanis & impijs opera cælatæ esse uoluīt, ac sic ut interim pijs scru- tatoribus non intercluderetur consequendi spes, siue genus hoc dictionis potissimum placuit, quod ut ad persuadendum cum primis efficax est, ita doctis pariter, & indoctis expositum & familiare, maximeque secundum naturam, præser- tū si similitudines ducantur ab ijs rebus, quæ uulgo notissimæ sunt, quod genus fermè fuisse leguntur Socrati- ca. Neque uero tantum ad docendum,

Tropiser
monus sa-
cri.

ac p.

parabola ac persuadēdum efficax est parabola, ue
rum etiā ad cōmouēdos affectus, ad de
lectādum, ac perspicuitatem, ad eādem
sentētiā, ne possit elabi, penitus infigē
dam animo. Nā uehementius afficit ani
mū adhibita parabola, de filio pdigo re
digus.
Filias p/
sipiscente, in qua narratur adolescens à
patre postulare portionem substantiæ,
quæ ad se rediret, dcinde sibi sisus, cōmit
tere se regioni longinquæ, mox oblitus
indulgentissimi patris, cum turpissimis
scortis, ac nepotibus pdigere rem, paren
tis benignitate datā, deinde coactus ex
trema rerum oīm penuria, tandem amen
tiā suam agnoscere, & relictæ uitæ tan
gi desiderio. Reuertitur filius, agnoscit
erratum, occurrit pater, in amplexus filij
effundit sese, profertur noua uestis, pro
fertur anulus, occidit uitulus saginatus,
tota domus lætitia perstrepit, nec aliter
gaudet senex recepto iuuene, quam si re
uixisset. Nō exprobrat temeritas poscē
tis, non luxus ac nequitia profundentis,
nō meminit iam horum paterna pietas,
cui satis est quod resipuerit, qd sibi red
ditus sit filius. Hæc inquā, acrius feriūt
animū,

anīmū, quām si quis cītra parabolam
dicat, deum libenter recipere peccatorē,
modo ex animo pœnitentia superioris ui
tae, Nec exprobrari peccatum ei, qui ipse
uehementer oderit sua cōmissa. Rur
sus adhibita ex Genesi parabola mysti
ca, cum Abrahā passim fodit puteos, Phi
listæ, iniecta tra obturat fossos, refodit
eosdcm Isaac, ac plures insup addit, qui
uenas habeant uiuī laticis, Nonne iucū
dius audieris, quām si simpliciter dicas,
ex diuinis libris petenda præcepta recte
uiuēdi, ab his abhorrere, qui terrenis bo
nis addicti sunt. Item qui nude declareret,
qbus uirtutibus oporteat episcopū esse
præditum, frigidius audictur, quā si to
tum Aaron apparatum, à Mose diligen
tissime descriptum, ad allegoriā accomo
det. Sunt quæ gratius p crystallum, aut
succinum pelluceant, quām si nuda con
spiciantur. Et nescio quo pacto, quæ sa
crasunt, plus habent maiestatis, si sub in
uolucro proferātur oculis, quām si prors
sus reiecta uisantur. Iam qui dicat, qe
quid in nobis boni sit, id à Christo nobis
autore pficisci, Intelligetur quidem, uere
h si huc

Gen. xvi.
Itē. xxvi.
Putei A
brahā, et
Isaac.

Simile.

si huc accomodet similitudinem de stirpe uitis, & palmitibus, de capite & membris, de radice & ramis, mox uelutimagine depicta, res oculis subjicitur.

Quin aliquoties fallit Christus suos ad tempus allegoriarum ænigmatibus, quo post altius inhæreat, quod uolebat intellegi, ueluti cum Matthæi cap. xvi. monet cauendum à fermeto Phariseorum, illis de panibus omissis succurrat, cum ille de uitanda Phariseorum hypocrisi loqueretur. Rursum cum apud Lucam diuincta tunica iubet emi gladium, Cuncte respondentibus duos ad eis gladios, ait, sufficit, poccasionem, animū addit Petro, ut gladio rem aggredetur, cum hoc ageret, Christus, ut hunc affectum uicem di sc̄e aduersus persecutioēs, penitus ac radicitus ex animis suorum euelleret.

Item cum apud Ioannem, admirantibus genet templi structuram, ait. Soluite templum hoc, & in triduo excitatō illud, nec apostoli senserunt illum decor pore suo loqui, occidendo, & intra triduum reuicturo. Ad hæc cum ait, apud eundem, Modicum & non uidebitis, &

iterum

iterum modicum & uidebitis me, ueluti per ænigma significauit, se breui moriturum, sed mox à resurrectione semper illic exhibitorum, usq; ad diem ascensionis. Apud Matthæum uero, quot parabolis regnum cælorum nobis adumbrat: Sc̄minantis uarie, rursum semi-nantis bonum semen, grani sinapis, fermenti exigui, in ingentem farinæ massam abditi, thesauri in agro defolii, insignis margaritæ. His finitima, cognata Paræmīg tāque sunt puerbia, quod genus est, Cenimus uobis tibijs, & non saltastis, Cenimus lugubria, & non ploraſtis, quo significatum est, Phariseos, nec Ioannis austeritate, nec Christi ciuitate fuisse p̄uocatos ad p̄onitentiā. Sunt autem tropi, qui non pertineant ad grammaticos, aut rhetores, sed pertinent ad idioma sermonis, quod si ignorctur, frequenter aut fallit, aut moratur lectorem, Ac Græca quidem lingua, complures habet cum latina cōmunes, quosdam habet sibi peculiares. Cæterum Hebræa plurimas habet loquendi formas, ab utraq; dissonantes, Commune est nobis cum Græcis,

h iij quod

quod dicimus, benefacere eum qui bene
meretur de quopiam. At non item com-
mune, quod illi dicunt εὐπόθει. i. bene-
pati, pro beneficio affici. Commune est cū
illis, quod pro ἔχωχροις dicimus habeo
gratiam. Non est commune, quod illi pro
eodem dicunt οἰδαχροῖς. i. noui gratiā.
Iam apostoli, tametsi Græce scripserūt,
tamen non parum referunt ex proprieta-
te sermonis Hebraici. Porro septuaginta,
qui ueteris instrumēti libros nobis Græ-
ce tradiderūt, permulta referunt ex He-
braici sermonis priprietatis, quæ ferē-
sunt ab Hieronymo mutata, quæ terem
sustulit translationem, quam in opere de-
locutioibus adducit Augustinus (si quis
uelit illius gustū capere) adeo ut qui sit
eius sermonis rudis, etiam si probe græce
callcat, non assequetur aliquoties senten-
tiā loquentis. Cuius generis sunt, ut u-
num, aut alterum exemplum docendi gra-

In, p per. tia producam, Iurat in cælo, pro eo quod
erat, iurat per cælum, &, credit in eo, pro
eo quod erat, fidutiā habet in illo, &, co-
fitetur in eo, confitetur illum, In hoc co-
gnoscēt, in gladio percussit, per hoc co-
gnoscēt,

gnoscēt, gladio percussit, Ero illi in patrē,
erit mihi in filiū, ero illi pater, erit mihi
filius, duos & duos, p binos, Magis for-
tior est nobis, fortior est nobis, Mulier si
fuerit uiro alienigenæ, p eo quod erat, si nu-
pserit uiro alienigenæ, Homohomo, p
quisqs, Viri uiri, p cuiuscumque uiri, Quæ
fecit uirtutem eorum, pro, quæ fecit exer-
citibus illorum. Nam hoc arbitratus est
Augustinus ad Hebraicum idiomā per-
tinere, cū nihil uideatur idiomatis Græ-
canici. Hebraicum est, pronomen ex su-
peruacuo addere. Beatus populus, cuius
dominus deus eius, Ostendit, pro fecit.
Bonas bonas, p ualde bonas. Maria Cle-
ophæ, p Maria uxor Cleophæ. Iacobus
Alphæi, Jacob' Alphæi filius. Eclipsis est
familiaris Hebræis. Om̄is caro, p om̄es
homines, Cetum animæ, pro cetum ho-
minibus, Verbum pro facto, Quid uer-
bum hoc fecisti nobis? Honor, pro subsi Honor, p
dio, Misericordia, pro beneficentia. Portu
to quod usu uenit, in his quæ uersa sunt
ex sermone hebraico, idem accidit in ijs
quæ translata sunt ex sermone græco, Græcis
quoties infpres illius linguae reddit idio-
monisidi omata.

h ij ma.

ma. Verū huius generis formas, aliquot īdicauimus in annotatiōibus, quas scri
psimus in nouum testamentū. Et Aureli
us Augustinus libris aliquot idem egit,
quibus titulus est, *De locutiōibus*. Quā
quam in hoc argumento felicius uersari
poterat, si que d'annotauit ex Hebræorū
potius, quam Græcorum fontibus ha
sisset. Extant & annotationes Titami
Græci, scriptoris, ut appareat, neoterici,
in hoc ipso genere. Iam alij quoqz tro
pis frequenter explicat difficultas. Nam
quod Matthæus & Marcus prodiderunt
latrones, qui cum Christo erant crucifixi
cōuiciatos ei fuisse, cum Lucas tradat al
terum dūtaxat id fecisse, sic explicat no
dum Augustinus, ut dicat esse ~~τέρων~~
numerī. numeri, latrones dictū pro latro. Rur
sus Christum triduo fuisse in sepulchro,

Synecdoche. per synecdochēn explicant, quē admo
dum & illud qd apud Marcum post tres
dies resurrecturus scribitur, cum dilucu
lo tertij diei surrexerit. Quoties autem

Hyperba explicato hyperbati anfractū, sensus ob
scuritatē discutiūt, & Origenes, & Chry
sostomus, & Hieronymus, & Augus
tus:

nus? Quin & hyperbole non raro sic Hyperbole
currīt. Velut illīc, ascendunt usq; ad cæ
los, & descendunt usq; ad abyssos, cū ue
hemētem tempestatem undarū infelli
gi uellet psalmista. Necq; continuo men
daciū est, quod ultra ueri fidē dicitur.
Sed in hoc adhibetur tropus, ut acrīor &
ardentior sit oratio. Ac ne quis absurdū
putet, in diuinis libris hyperboles memi
nisce, facit hoc non raro Origenes, facit
Chrysostomus, facit Augustinus, & Hie
ronymus. Huius generis sunt illa. Fa
cilius est camelum per foramē acus tran
sire, quam diuitem intrare in regnū cæ
lorum, cum nihil aliud intelligi uellet,
quam esse diffīllimū, ut diues obtem
peret euangelicæ doctrinæ. Item apud
Lucam, ubi parabola iubet ad conuiui
um adhiberi debiles cæcos, & claudos,
nihil aliud significatur, quam abiectos
& calamitosos esse subleuandos benefi
cio gratuito. Rursum ubi prohibet, ne
quem inter uiam saluent Apostoli, cum
hoc uoluerit intelligi, non committen
dum eis, ut ob humanos affectus, ullis
dispendijs euangeli negotiū remoren
t. Figurate
dicta.

Vbi uerat, ne peram uel baculum tollant
in uiam, sensit, eos his præsidij liberos
esse oportere, quibus uulcus se munit, iter
initurum. Nec enī dubium, quin Apo-
stoli peras & baculos habuerint, cū Pau-
lus & lacernam, & bibliothecam relique-
rit Troade. Vbi suos iubet liliorum exem-
plu uiuere, sentiri uoluit, ab iſcieſdam an-
xiam sollicitudinem reponendī in poste-
rum comeatus. Vbi iubet præberi maxil-
lam leuam percutienti dextram, quid ali-
ud uult, quam non referendam illatā in-
iuriā? Idem sentiendum opinor, de re-
linquenda tunica ei, qui pallium abstule-
rit, & ultro ambulando bis mille passus,
cum reo, qui ad semel mille compulisset.
Vbi negat esse suum discipulum, qui nō
oderit patrem & matrem, plus dixit, quam
intelligi uoluit. Vbi iubet ungī faciem o-
leo, ne uideamur iejunare, nihil aliud se-
tit, quam in bcnefactis nō captandā ostē-
tationem. Nam arbitror Apostolos nō
solitos ungere faciem, cū iejunarent. Ori-
genes indicat hyperbolēn esse, quod in
Genesi scriptum legimus, Lauit in uino
stolam suam, & in sanguine uuæ palliū
suum.

suum. Quis enim abluit uestes suas in ui-
no? uerum his uerbis nihil aliud intelli-
gi uoluit, quam insignem, & exuberan-
tem agri fertilitatem. Idem hyperbolēn
esse putat, quod Paulus scripsit, Roma-
norum fidem prædicatā in uniuerso mū-
do, cum multis esset ignota regionibus.
Diuus Augustinus in epistola ad Publi-
colam, quæ inter cætrcas numero cense-
tur clivij, putat in illis uerbis Christi, qui-
bus prohibet in totum ne iuremus, necq;
per cælum, necq; per terram, necq; per ali-
ud quicquam, hyperbolēn esse, plus em-
dixit, quam sensit, quo uehementius de-
terneret à periurio. Augustini ḥba, si q;s
requirat, subscribam. Si tamen illud nos
ad huc mouet, quod in nouo testamento
dictum est, ne omnino iuremus. Quod
quidē mihi propterea dictum uidetur,
non, quia uerū iurare peccatum est, sed,
quia peierare immane peccatum est, à quo
nos longe esse uoluit, qui, omnino ne iu-
remus admonuit. Hac tenus ille. Velut
cum interminamur pueris, ne natent, di-
cimus, si uel aspiceris lacum, occidam
te. Quam interpretationē si recipimus,

h , cōsimili

consimili ratione explicabuntur & illa, ne diuertas ab uxore, ne resistas malo, ne irascaris. Iam quod Ioannes in euangelij sui calce scripsit, totum mundum non fore capacem librorum, qui de Christo scribendi forent, Cyrillus & Chrysostomus ingenue fatentur hyperbolēn cōfite. Opinor & cum prohibet ne quicunq; uocemus patrem in terris. Præterea cum ait, nec iota, nec apiculum unū legis omittēdum, qui non impleatur, intelligens nihil omnino prætererūdum ex promissis diuinis. Quæ constare possunt, etiā si apices aliquot sublati fuerint. Sed hui quoque generis aliquot exēpla cōmonstrauimus in annotatiōibus, quibus nouum testamentum explanauimus. His cognata sunt illa, quæ an tropis p̄stent nescio, certe ad uulgarcem sensum accommodanda sunt potius, quam ad uiuum, ut aīt, exigenda. Veluti cum prohibet omnino iurare, sentit non esse iurandum, ut uulgaris deierabat, ob quaslibet causas, Cum prohibet sollicitum esse de crastino, sentit iuxta uulgi morem, qui ceudco diffusus anxie torquebat cura futuri tēporis.

Cum

Ad uulga
rē sensum
accōmo =
danda.

Cum prohibet resistere malo, sentit malo nō esse propulsandum malum, ut uulgaris hominū solet. Alioqui licet reprehēdere pccantes, licet & cohercere. Cum prohibet, ne uocentur Rabbi, sentit, ne Phariseorū more, qui supcilio turgebāt, ob hunc titulum. Cum prohibet in præceptibus multiloquiū, sentit non esse precan-dum iuxta quorundā exemplū, qui existimabant deum multitudine uocū capi, magis quā affectu mentiū. Alioqui legimus & Chr̄m orasse plixe. Sicut iubet non irasci, sentiens iram uulgare, quæ tendit ad iniuriā, Sic dānat eum q̄ fratri suo dixerit, fatue, sentiens, qui, quod uulgo solet, cōtumeliae gratia id fecerit. Alioqui Christus ipse suos discipulos, & Paulus Galatas stultos appellat, sed arguens, nō incessens. Huiusmodi ferme sunt, Cum apud Matthæum ait, Misericordiam uolō, non sacrificium, Omnino sacrificiū uolebat, quod ipse indixerat. Sed prius est præstare misericordiā, quam offerre sacrificium. Rursum cum ait, doctrina mea, non est mea, suā negat esse, quam patri, ut homo fercebat acceptam.

Rursum

Rursum cum ait, nondū fuisse spiritum, quod Iesus nondū esset glorificatus, non sentit simpliciter non fuisse spiritum, sed in Apostolis nondū apparuisse sp̄iritum illum euangelicum. Quin & ipse sermo latinus habet sua quædā idiomata, quæ parum attēntis, aut minus eruditis imponunt aliquoties. Quod genus est il lud, apud Marcum capite quinto, Cum ab Archisynagogo uenire dicuntur, qui ab illius ædibus ad illum uenirēt, Quem locum habemus iam olim depraatum ab ijs, qui non agnoscabant latinæ linguae p̄prietatē, qua dīcimus, ad me ibimus, pro eo quod erat, ad domū meam. Ceterum addubites forsitan, an in apostolicis & euangelicis literis reperiēt liceat Ironiam, cum dubium esse non possit, quin in ueterे testamento reperiatur, nimirum libri regum iij. cap. xvij. Heliás irr̄idēs prophetas Baal, Clamate, inquit, uoce maiore, Deus enim est, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, ut excitetur. Po test & in his uerbis Christi accipi Ironia. Dormite iam, & requiescite, Iuxta Theophylacti

Sermo la
tinus.

Ironia.

Vulgariensis episcopi sententiam. Rursum apud Paulū, epistolæ prioris ad Corinth. cap. vi. Contemptiores qui sunt, hos ad iudicādum constituite, per Ironiam dictum uideri potest, præsertim cum sequatur, Ad pudorem uestrum dico. Fortassis & illa Christi uerba, non multū absunt ab Ironia. Non est bonum sumere panem filiorum, & prōiūcere canibus. Nec illa. Non ueni ad uocandum iustos, sed peccatores, Nec emi uere sensit eos esse iustos, sed exprobrat quod sibi iusti uideretur. Sunt & aliae figuræ complures uerborum ac sententiarum, quæ ad compositionem, aut grauitatem, aut iucunditatē orationis faciunt, quas diuus Augustinus nō grauatus est multis uerbis indicare in libris sacrīs, in opere, cui titul⁹ de doctrina Christiana. De omnibus diligenter tradiderunt Dōnatus ac Diomedes, sed his diligentius Quintilianus libro rhetorīcarum instituptionum nono. At ne quis hanc literaturæ partem fastidiat, ut grammaticam, ac triviale, Augustinus in opere de doctrina Christiana iubet non indiligerent adisci,

Figuræ.

Amphi-
 bologia. disci, uelut utilem ad intelligēdos libros
 canonicos. Iam amphibologia uitium
 quidem est orationis, sed quod sēpenu-
 mero uitari non potest, etiam si Fabius
 quoad fieri potest, uitādum esse monet.
 Augustin⁹ adeo uitari uult, ut existimet
 manifestarium solcēcismū citius admit-
 tendum, quām ambiguam dictionem,
 & ossum dici mauult, quām os si unū ali
 quod significamus, quæ multa dicuntur
 osfa, non ora. Qua quidem in re non illi
 prorsus affēctior. Verum hæc incōmo-
 ditas frequentius accedit in lingua grā-
 ca, quām latina. Prōinde nos compluri-
 bus locis & indicauim⁹, & ubi licuit sub-
 mouimus. Tollitur autem fere uel com-
 positione, siue ordine sermonis comuta-
 to, si ex contextu nascatur, uel dictione
 ancipiti, p̄ periphrasim explicata. Quod
 ipsū Augustinus exēplis aliquot pro-
 sequitur. Verum abusus uocis nonnun-
 quam ancipitem reddit orationem, sed
 qui non tam linguae sit peculiaris, quām
 scriptori, ut sunt & inter autorcs sua cui-
 & propria. Nam frequenter hæredit in
 Quintilianis sermone, qui præter Cicero
 ncm,

nem nihil legerit. Sic Paulus alīas carnē
 uocat cognatos, aut sanguinis affinita-
 tem, alīas totum hominem carnem ap-
 pella, nonnunquam crāfior hominīs,
 aut alterius cuiūlpiam rei pars caro dici-
 tur, Interdum affectū hominīs ad uitia
 sollicitantem carnem appellat. Item cor-
 pus sēpē uocat, quod ex mēbris cōstat,
 aliquādo corpus idem illi ualet, quod ca-
 ro. Spiritū alicubi uocat summū illum
 ac cælestē, alibi mentis impetum sp̄iri-
 tum dicunt. Rursus alīas dona spiritus
 sancti dicuntur spiritus, nonnunquā aēr
 hic motus sp̄irit⁹ dicitur, ut ibi, Spiritus
 ubi uult, spirat. Cui pene idem est quod
 ait Paulus. Spiritus quidem meus orat,
 mens uero mea sine fructu est. Huius ge-
 neris sunt & illa, cum fidem dicunt pro si-
 dutia, cū Latinis fides sit uel pollicentis,
 ut dare fidē, uel præstāt̄, aut nō præstan-
 tis p̄missū, ut soluere fidē, præstare fidē.
 Fident̄ aut credēt̄ nō est, nisi cū sic loq-
 mur, habeo tibi fidē, abrogat illi fidem.
 Item cum Paulo dicit ædificare, q̄ pdest,
 & destruere, q̄ nocet. Rursus cum bene-
 dictionē uocat beneficiū sponte collatū.
 Sed de

Sed de his plura sparsim dicta sūt nobis
in annotationib⁹, & in argumētis, quæ
scripsimus in epistolas Apostolorū non-
nihil attigimus. Verum in allegorijs,
allegorię ut huic redeamus, quoniam his omnis se-
re constat diuina scriptura, per quā æter-
na sapientia, nobiscū ueluti balbutit, præ-
cipua cura ponenda est, quæ nisi succur-
runt, præsertim in ueteris testamēti uo-
luminibus, maxima pars fructus perie-
rit lectori. Aliquoties pñciosus est uer-
borū sensus, nisi adhibeas allegoriæ re-
medium. Quod genus illud, Beati qui se
castrauerunt propter regnum dei. Et il-
ad Ro. xij lud Pauli, Hoc em facies, carbones igne-
os congeres sup caput eius. Augustinus
& illud huius esse generis opinatur, Ni-
si quis ederit carnem meā, & biberit san-
guinem &c. Hic igitur, ut dictum est, cō-
ducet rerum naturalium cognitio, tum
in poeticis allegorijs per ætatem prælu-
sisse, aut etiam ab omni genere rerum du-
cendis, ac tractandis similibus, qua de re
& nobis olim libellus editus est. Sunt q
noui quoqz testamenti historiam ad alle-
goriā trahunt, quod ego sane uehemerē
approbo,

approbo, cum aliquoties sit necessariū,
sæpiſſime festiuū & elegans, si quis mo-
do ſcire rem tractet. Nam mihi uidet Am-
broſius in hanc partem, ut illius pace di- Ambro-
xerim, immodicus eſſe non nunquā. Ve- ſius.
luti cum Petrum ad prunas calſaciētem
ſe, negat corporis frigus ſenſiſſe, cum id
temporis frigus eſſe non poſſet, ſed men-
tis hoc fuſiſſe frigus. Eleganter hoc, quod
ait in allegoria uersans. Sed frigus erat,
ubi Iesuſ non agnoſcebat, ubi nō erat,
qui lucem uideret, ubi negabatur ignis
conuīſes, Caeteraqz in hāc ſententiam,
uerū nihil uetat, quo mīnus & narratio-
niſ cōſtet fides. Addit autem, ſi tempus
coſideremus, frigus eſſe nō poterat, ac
paulo poſt, frigus ergo mentis, non cor-
poris. Etenim licet in ea regione ſatis te-
peat cælum illis mensibus, tamen nox in
æſtuantissimis etiam plagiſ ſuum frigus
habet. Huic ſimillimū eſt quod ſubjicit
de negatione Petri, magis argute, quam Petri ne-
uere patrocinās ei, que Christus ad hoc gatio.
iſ ſuſtū labi paſſus eſt, ut ipſe refiſcens
miferate Christo, coſfirmaret fratres ſu-
os. Et tamen adeo nouum uideri uult,
i potuifſe

potuisse peccare Petrum, ut peccatum illius nec ab Euāgelistis comprehendendi potuerit, perinde quasi satis idoneum sit argumentum, illos non affecutos, de quo uarie narrarint, cum idem plurimis accidat locis. Deinde cum apud Matthæum, ac Marcum prodigiū puerilæ, respondet, Nescio quā dicas, huc detorquet, quasi non negarit dominum, sed à mulierib[us] proditiōe se separarit. Quod si maxime quis urgeat illum abnegasse, quod esset de numero eorum, qui fuerant cum Iesu Galilæo, aut ut a Marco scriptum est, Nazarenos, tamen huc uerba deflectit, quasi negasset se nosse Galilæum, aut Nazarenū, quem dei filium nouerat. Rursum quod apud Matthæum habetur, Nō nō ui hominem, eodem torquet, quasi discipulus hominis non esset, qui discipulus dei uellet haberi. Nam quod confirmans dærei ḡia adducit ex Paulo, Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed p[ro] Iesum Christum & deum patrem (etiam si non nesciam secus ab Ihs explicari) mihi uidetur, nō naturam significasse Paulus, quam Christo non ademit,

ademit, sed infirmius quiddam & humilius intelligi uoluisse homini suocabulo, ueluti cum ait, An secundum hominem hæc loquor? Atq[ue] liæc quidem licet plausibiliter & argute dicerent in schola declamatoria, tamē in rebus sacris, neq[ue] plaudendū est, neq[ue] decet argutari, neq[ue] expedit torquere quicquā, ne dum falsa defēdimus, ueris fidē abrogemus. Simplex est, iuxta Tragici sententiā, ueritatis oratio, Nihil autē Christo neq[ue] simplicius, neq[ue] uerius. Fortassis huius generis est, quod Augustinus in homilia quadā, de muliere in adulterio deprehensa, quinq[ue] uirōs, & sextū uirum, non uirum ad allegoriam accommodat, meo iudicio coactus. Iam in numeris passim philosophantur, de numero trigesimo, sexagesimo, & centesimo, rem Hebraicā ad Græcos aut Latinos numeros accommodantes. Itē de quinq[ue] millibus hominū satiat[ur], de qnq[ue] panibus, de duobus piscibus, de talentis decem, quinque, & uno, de farinæ satis tribus, non quod negem alicubi in numeris latere mysteriū, sed qd in quibusdam ascita, dicitur q[uod] uideant adferri.

Simplicissimum est, quod idem uerissimum esse puto, decem, quinque, & una posita esse, pro plurimo, mediocri, & minimo. Est ubi summā parabolæ satis sit attigisse, etiam in ihs, in quibus allegoria uitari nō potest, uelut in parabola patris familiās, aduersus nocturnum furem uigilantis, quæ nihil aliud deliniat, quam eius diei subitum & inopinatum aduentum. Sunt qui fastidiant omnes allegorias, tanquam rem arbitriā, somnijq; si millimam. A quibus ut uehementer dissentio, cum uideam absq; his pleroque sensus, aut absurdos esse, aut pñiciosos, aut fuitiles, leues ac frigidos, cuncta constet Christum allegorijs usum, & Paulū aliquot ueteris instrumenti locos per allegoriā interpretari, ita non possum non improbare quorundam ineptum allegorismum, qui singunt, quod explicit allegoria. Viator fessus insedit tergo ingētis draconis, arboris truncum esse ratus, is excitatus deuorauit miserum. Viator est homo, draco ~~m̄ndus~~, qui sibi innuentes perdit. Satis est ea, quæ reperiuntur in sacris literis ad allegoriā accommodare,

modare, si res ita postulet, ut ipsi nihil as singamus. Audiui quendam Theologū, Parisiensem, qui de filio pdigo parabolam, in quadraginta dies protraxit, affin gens iter abeuntis ac redeuntis, quasi nunc in diuersorio uesccretur artocrea, e linguis confecta, nūc præferiret molam aquatilem, nunc aliud atq; aliud ageret, & ad eiusmodi cōfictas nærias, Proprietarum, & Euangeliorum uerba detor quebat. Atque int̄crim imperitæ multitudini, & crassulis magnatibus deus esse uidebatur. Nec sine causa ridet Hieronymus eos, qui poētarū fabulas ad Christum detorquent, nisi si quid ad morē cōmode deflectetur. Veluti fabula Protei, in incōstantes, Phaëtonis, in temerarios, Tantali, in aquaros & parcōs, Misdaę, in diuites stolidos, Danaęs, in ius pecunia corruptū, Ixionis & Danaidum, in frustra laborantes. Quandoquidem dubium non est, quin ueteres in hunc usum pleraq; cōmenti sint. Nullum autem familiarius docendi genus, nec efficacius, quam per similiūm collationem. Ea Christus à r̄bus uulgatissimis sumit,

qui suam doctrinam quammaxime populari esse uoluit. Quis enim nō uidit iaci semen in terram? Quis non consperxit pescatores, iacientes retia? Quis nescit palmites amputatos exarestere? Atque hæc uulgata mire nouat, ad suam philosophiam accumbmodans. De Scotidaturum subtilitatibus, paucorum est differe-re, in his promptum est quibuslibet philosophari. Vides exorientem solem, exhilararis, Quid uoluptatis sensurus, si cordis oculis exoriatur sol ille iustitiæ? Molesta res est morbus corporis, quanto molestior animi morbus? Horres contagiūm pestis corporalis, multo magis uitanda morum pestilentiū contagio. Res elegans tibi uidetur, hortus omni florum & arborū genere uernans, quale spectaculum animus innocentia uiirens ac uirtutum omni genere exuberans? Vides serpentem, habes exemplum Christianæ prudenter, Vides columbam, habes imaginem Christianæ simplicitatis, Vides cœrum, habes symbolum admonens audientandas diuinas literas, Vides agnum, habes typum innoxiae mansuetudinis.

tudinis, Vrget hyems, admoneris, ut in rebus aduersis, fortunæ melioris expectatione te sustineas, Bladitur ætas, admoneris, ut te præparcs ad ueritas erumnas, Grauis est senectus, aspiras ad immortalitatem, Grata est iuuentus, admoneris, ut uenturæ senectuti uirtutum, & eruditio[n]is pares præsidia. Ita quicquid hic uisibilis mundus offert oculis corporeis, eius idcam reperies in rebus animi. Cæterū quibus ex fontibus pertendæ sunt allegoriæ, partim explicat Dionysius in opere cui titulum fecit, De diuinis nominib[us], partim Augustinus libro De doctrina Christiana tertio, propositis & explicatis Ticonij septem regulis, aliquanto plus honoris habens, primum infanti, deinde heretico, quam nos habeamus scriptoribus quibusdam orthodoxis. Fortassis & à nobis nonnihil conferetur, si quando uacabit absoluere libellum olim cooptum, de Theologicis allegorijs. Interim unum illud addam, non satis esse, circunspicere, quomodo iuxta sensum historicum, qui simplex est, quomodo iuxta tropologicum,

qui ad mores & uitam communem pertinet, quomodo iuxta allegoricum, qui capit ac totius corporis mystici tractat arcana, quomodo iuxta anagogicum, qui cælestem attingit hierarchiam, diuersis in rebus uarie reluceat æterna ueritas (nam ad hunc modum uideo quosdam diuidere) uerum etiam considerandum erit in singulis horum, qui gradus sint, quæ differentiæ, quæ tractandi ratio. Quot modis tractat Origenes Abraham a deo tentatum, & in historia uersans, quos tamen locos inuenit: ut ne dicā interim, quod typus pro uarietate rerū, ad quas accommodatur, pro diuersitate temporū, uelut aliam accipit figuram. Sicut pororum siliquae, quibus perditus ille filius cupit explere uentrem famelicum, ad opes, ad uolupates, ad honores ad munandanam eruditio[n]em possunt accommodari. Et tamen adhuc uersaris in tropologia. Quin tota parabola potest ad Iudæorum populum, ac gentes illius temporis applicari. Gentes resipiscunt, & recipiuntur, obmurmurant Iudæi, placat utrosque pater cōmuniſ. Iam ex persona, quibus

quibus accommodatur parabola, tempoporumque uarietate, noua penè facies sermonis nascitur, qua de re nonnihil attigimus in superioribus. Porro in tractandis allegorijs felicissimus artifex est Origenes, sedulus magis quam felix Ambrosius, si quis forsitan requirat exemplum quod imitetur. Quin & illud in Citatio. primis admonendus est Theologiæ candidatus, ut apposite citare codiscat sacræ scripturæ testimonia, non e summulis, aut elenchis, aut sordidis conciunculis, aut alijs id genus collectaneis, iam sexcenties aliunde alio confusis ac refusis, sed ex ipsis fontibus, nec imitetur quosdam, quos non pudet oracula diuinæ sapientiae uiolenter detorquere ad alienos sensus aliquoties & ad contrarios, Id nefiat, prima sit cura, librorū omnium ueteris, nouiçue testamenti sententiā exprimis illis interpretibus perdiscere. Audiui quosdam in palestris Sorbonicis non Palestræ Sorbonis ex. uulgariter exercitatos, qui infrequentissima concione multa philosophabatur, non intellecto themate, quod ex more proposuerant, ne ad literam quidem, ut i , , uocant,

uocant, magnōq; pudore doctorum hominum tumultuabantur, extra oleas, ut est in puerbijs, currentes. Sunt qui secum adferunt sua decreta, & uulgaribus opinionibus infecti, his seruire cogūt arcana scripturam. Cum ex hac potius petenda sint animi decreta, Quod eleganter admonet Hilarius libro De trinitate primo, cui optimus diuinorum volumen lector est, qui dictorum intelligentiam expectet ex dictis potius quam imponat, & retulerit magis, quam attulerit, neq; cogat id uideri dictis contineri, qd ante lectionem præsumperit intelligentem. Sunt qui eam ad publicos affectus ac mores pertrahunt, & cum huius regulæ seruire conueniat, quid oporteat fieri, huius patrocinio tuetur id, quod uulgo fit. Iam est occultius quidem, sed hoc ipso nocentius deprauandi genus, cum abutentes diuinæ scripturæ uocabulis, ecclesiam quæ Christi corpus est, inter mundus. pretamur sacerdotes, mundum, quo uocabulo mali affectus designantur, interpretamur laicos Christianos, pinde quia si hi ad ecclesiā non ptineant, Interim qd de Chri-

Ecclesia.
Mundus.

de Christianis omnibus est dictum, proprie monachis accommodantes, cū quod de cultu diuino dictum est, ad solas cæremonias deflectimus, quod de sacerdotis officio, ad solas preculas ictuncq; dictas trahimus. Proinde q; recte uolet uti scripturis, non sat habeat, quatuor, aut qnq; decerpisse uerba, Quin potius circumspiciat unde natum sit, quod dicitur, frequenter enim huius aut illius loci sensus ex superioribus pēdet. Perpendat, à quo dicatur, cui dicatur, quo tempore, qua occasione, quibus uerbis, quo animo, quid præcesserit, quid consequatur. Quando quidē ex hisce rebus expēs, collectisq; deprehendit, quid sibi uelit qd dictū est.

In his hæc quoq; seruāda regula, ut sensus quē ex obscuris & bis elicimus, respondeat ad orbem illum doctrinæ Christianæ, respondeat ad illius uitā, deniq; respondeat ad æqtatem naturale. Quidā impudentis scripturā diuinā trahunt ad sensum alienissimū, uelut is, q; qd dictū est de ten torijs hostiū, apd' Abacuc, Turbabūt pellēs terræ Madian, detorsit ad Bartholomæum excoriatū, quod habet historia, licet

140 COMPEND. THEOLO.

licet ea fide careat, Aut is, qui, quod habetur in libro Iudith, Gyrantes uallem, uenerunt ad portam, stultissime deflexit ad argumenta quattuor librorum Petri Lombardi, qui scripsit sententias Theologicas. Sunt qui ludant uerbis scripturæ diuinæ, ac ueluti sit in centonibus poetarum, ad alienum sensum, ceu per iocum abutitur. Quod aliquoties facit diuus Bernartus, uenuste magis, quam grauiter, meo quidem iudicio. Sic enim imbibitur uir ille præclarus sacras literas, ut nusquam non occurserent. Nam quod hodie quidam, si quando festiui student uideri, uerba mystica deprauant ad iocos scurriles, non solù indoctum est, uerum etiam impium, & supplicio dignum. Impingit hoc Hieronymus Origeni, quod aliquoties uim faciat scripturis, opinor, ut nos prorsus abducatur a litera, plerunque sterili. Quin potius nemo ferme ueterum non alicubi torquet, quoties cum aduersario dimicant. Atque ipse etiam Hieronymus, quod uno in loco prope modum facetur. In his igitur cautius obseruandum, tum qua uis facta sit uerbis sacrís.

Bernardus.

PER ERASMVM ROT. 141

sacris, nisi quis fas esse putat, id facere, quoties capiendus est hostis, aut a uitijis deterrendus infirmorum animus. Mihi uidetur rectissimum, ut caste, ut opportune sacris uerbis utamur. Si primū curaris, ut id facias quam optime, postea fiet, ut & facile facias. Id cum ubique præstari uelim, maxime tamē præstare conuenit, ubi res est cum aduersarij nostræ religionis, aut ubi refellitur falsiras, & asserritur ueritas, aut ubi mysticæ scripturæ sensus enarratur. Fit enim alioqui, ut nō solum non euincamus, quod astruimus, uerum etiam risui simus aduersario. Et tamen mea sententia nusquam magis peccatum est a ueteribus. Huius generis arbitror, quod Ambrosius libro De spiritu sancto n. cap. vi. ex loco, q̄ est apud Paulum in epistola ad Philipp. capite tertio. Qui spiritu seruimus deo, ratiocina aduersus Arrianos, Spíritū sanctum aper-te deum dici, cōnectens has duas uoces πνεύματι & θεῷ, cū Græco sermone magis exprimat sensus diuersus, uidelicet nos colere deum, nō corporeis uictimis, ac cæremonijs, sed spiritu, præsertim cū spiritui

spiritui non addatur suus articulus. Præterea qd Beda ex mulierculæ Cananææ uerbis, Miserere mei domine fili Dauid, colligit illam perfecta side & deum credi disse Christum & hominē, Quod id tēporis opinor nec ipsos Apostolos credi disse, quasi de im agnoscat, quisquis dominī nomine compellet, aut quasi subsidiū huiusmodi non soleat & a sanctis uiris peti. Rursum quod Augustinus uerba Baptistæ, quæ leguntur apud Ioannē capite primo, Et ego nesciebam eum, abude efficax telum arbitratur ad fundēdas uniuersas Donatistarum phalanges, interpretans, unū hoc eatenus latuisse Ioannem, quod Christus autoritatem baptisci sibi proprie seruasset, cum cætera nosset omnia. Neq; enim Christus magis autor est baptisini, quam ordinis, & tamen ab haeretico consecratus episcopus, reconsecratur, ut interim donemus uerū esse sensum, quem inducit Augustinus.

Quod nunc dicturus sum, haud scio an uel præcipuam allatur sit utilitatem, si qd dextre prestiterit, Id est huiusmodi, ut locos aliquot Theologicos, aut tibi parandi.

res ipse,

res ipse, aut ab alio quopiam traditos accipias, ad quos omnia quæ legeris, uelut in nūdulos quosdam digeras, quo promptius sit, ubi uidebitur, qd uoles uel promere, uel recondere, Velut (ut exempli causa rem notem) de fidc, de seiunio, de ferendis malis, de subleuandis infirmis, de ferēdis impijs magistratibus, de uitando simplicium offendiculo, de studio sacrarum literarū, de pietate erga parentes, aut liberos, de Christiana charitate, de honorandis primatibus, de liuore, de obrectatiōe, de castimonia, atq; alijs id genus, nam innumerabiles singi possunt. His in ordinem cōpositis, iuxta rerum pugnantiā, aut affinitatem (ut in Copia quoq; nostra quōdam indicauimus) quicquid usqua insigne est in omnibus ueteris instrumēti librīs, in Euange lijs, in Actis, in literis Apostolorū, quod uel pueniat, uel dissonet, ad hos erit redigendum. Quod si cui uisum erit, poterit ex antiquis interpretibus, postremo uel ex Ethniciis librīs hūc cōferre, quod usui futurū existimarit. Hac uisum fuisse ratioē diuū Hieronymū, ex ipsius scriptū mihi prope-

propemodū uideor animaduertere. Siue quid erit differendum, aderit ad manum parata supellex, siue quid explicandum, facilis erit locorum collatio. Quandoquidem hæc nō Origeni tantum, sed & Augustino optima ratio est interpretandi diuinæ literas, si locum obscurum ex aliorum locoru[m] collatione reddamus illumstrem, & mysticam scripturam, mystica, sacra sacram exponat. Atque hisce iam rebus instructus iugi meditatione uersetur in diuinis literis, has nocturna curet uersare manu, uersare diurna, has semper in manibus, semper habeat in senu. Ex his semper aliquid aut auribus instrepatur, autoculis occurrat, aut animo obuersetur. In naturā ibit, quod usū perpetuo fuerit infixū.

Nec mea sententia
De ediscēdo.
fuerit incosultum diuinos libros ad uerbum ediscere, uel nō intellectos, autore Augustino, quod equidem sic interpres, etiamsi sensum mysticum nondum p[re]cipias. Nam facere, quod apud monachos aliquot fieri uiciemus, nec aliter ediscere psalmos, quam P[ro]stratus ediscit uoces humanas, plus habet tedi, quam fru-

Quibusdam primis et unius fore uera est frat[er] ad vestrum ediscere qd[em] e[st] nō prob[us]. Et enī nō magis labores, tuū fructus nullius. Quorsū nō attinet p[ro]positi more uanu intelligere reddere. Asinus ad Lyram.

ctus. Neque enim facilius tatum, ac tenacius inhæserint memoriae, quæ intelligimus, uerum etiam maiore cum utilitate. Id primum fieri uelim in noui testamenti uoluminibus, quæ tanto præsenti faciunt ad nostram professionem, ut hodie uel sola sufficere possint, nimirū uulgata iam & animis oī[n] infixa Christi doctrina. Nam olim Iudeis ad fidem adducēdis, necessario erat adhibēda ueteris autoritas instrumenti, Nunc nobis cum Iudeis, minimum est negotij, & apud alios non est eadem autoritas libris Hebræorum. Etiam si non negem, plurimam ex illis utilitatem capi, si quis adhibitis allegorijs, uel ad Christum in illis adumbratum, uel ad mores accomodet. Atque id si non immodeice, sed carptum fiat. Sunt enim, quæ uerbatim ad allegoriam trahere frigidum sit, quod admixta sint multa, non ut significant aliquid, sed ut tenor ac series historiæ constet. Sit igitur apud nos primus honos nouo testamento, per quod Christiani sumus, & ubi Christus nobis multo expressius, quam in ueteri depingit. Pro-

ximus ueteri, & in hoc his libris, qui cu-
nouo maxime consentiunt, quales sunt
Esaiae libri. Quanquam si dispositis, ut
dixi, locis, frequenter Paulinas episto-
las cum Euangelijs, & cum utrisque co-
feras Esaiam, reliquaque ueteris testa-
menti loca, futurū est ut hæc suapte spō-
te inhærescant & insideant memoriam.
Quod si q̄s deterret hic labor, illud quæ-
so secum cogitet, qui conueniat, ut The-
ologus futurus, Sophisticas præcepti-
unculas ediscat, ediscat qualescunque in
Aristotelem commentarios, aut etiam pa-
raphrasim, ediscat Scotti conclusiones,
quas uocant, & argumenta, & idem ope-
ræ grauetur dare libris diuinis, ex quo-
rum fontibus uniuersa scatet Theologia,
quæ modo uere sit Theologia. At quā-
to satius est, semel hoc laboris (nec em-
dixerim tedij) deuorare, quam semper
recurrentibus in orbem laboribus, quo-
ties tractandum aut citandum erit ali-
quid, ad dictionarios, summulas, & in-
dices confugere, ueluti faciunt mei simi-
les quidam, qui cum domini nihil habebat
suppellectilis, quoties opus est cataro aut
patella,

per lepida
similitudo

patella, à uicino petunt utendam. At re-
cte monet sapiens ille, ut aquam de tua
bibas cisterna, & adeo non sit necesse a-
liunde rogare, ut tu potius de tuo fonte
derives in alios. Quin igitur omissis co-
fusis istis formularijs, & impuris summu-
lariorum lacunis, tuum ipsius pectus bi-
bliothecam facito Christi, ex eo uelut e
penuario depromito prouidus paterfa-
milias, seu noua, seu uetera, utcunque
postulabit res. Longe uiuidius penetrat
in animos auditorum, quæ e tuo pecto-
re ceu uiua prodeunt, quam quæ ex aliis
orum farragine subleguntur.

Atqui inter hæc roget aliquis, quid tu, De com-
num adeo facilem & expositam iudicas metaris-
cripturam diuinam, ut absque comen-
taris possit intelligi? Quid ni possit, ali-
quousque, prius cognitis dogmatibus,
& hac quadixi collatione locorum adhi-
bita? Alioqui quid aliud securi sunt, qui
principes in hanc commentarios edide-
runt & inter quos præcipuus est Orige-
nes, sicut hanc uenerem exorsus, ut nemo
post illum ausit manus apponere?

k ij Quid aus

Quid autem uetet altos eodem peruenire, quod peruerent illi, si eadem ingressiantur via? Nō hāc dico, quod cuiquā autor esse uelim, ut præteritis ueterum commentarijs, diuinæ scripturæ scientiam sibi uindicet, aut etiā uenetur, Imò partem laboris adimat nobis ueterum labor, adiuuemūr illorum commentarijs, dummodo primū ex his deligamus optimos, uelut Origenē, qui sic est primus,

Origenes Basilīus. ut nemo cū illo conferri possit, post hūc **Nazīaze.** Basilium, Nazianzenum, Athanasium, **Athanasi** Cyrilum, Chrysostomum, Hicrony-
Cyrillus. Chrysos. mum, Ambrosium, Hilarium, Augu-
Hierony. stinū. Deinde ut hos ipsos cum iudicio **Ambrof.** delectuq; legamus, etiamsi reuerenter le-
Hilarius gi uolo. Homines erant, quædam igno-
August. rabant, in nōnullis hallucinati sunt, dor-
mitarunt alicubi, nonnulla dederunt ut-
cunque uincendis hæreticis, quorū con-
tentioñibus tunc feruebant omnia. Præ-
terea uix quisquam est horum, cuius fal-
so titulo non permulta circunferantur,
atque adeo, quod est impudentius, cu-
ius libris non multa admixta sint aliena,
id qd in Hieronymo certe palam argui-
mus,

mus, & in Augustino forsitan arguemus. Nec ita multum negotij fuerit idem face
re in cæteris, hoc est, in Origene in Am-
broſio, in Chrysostomo. Quod ni hic
quoq; fuerit oculatus lector, periculum
est, ne impostoris aut nebulonis somni-
um, pro Hieronymi aut Ambrosij ora-
culo amplectatur. Sic em̄ hodie quidam
τομήδιορ υπερφρονού μτεσ περφίμοται
Sic ait Hieronymus in quodam sermo-
ne, sic Augustinus in quadam homilia
ad fratres eremitas, pindē quasi de tri-
pode pronuntiarētoraculum. Sit igitur **Delectus**
delectus nō solum autorum, uerum etiā **autoru** et
operum. Et in autoribus non hoc modo operum.
discrimen est, quod Graci precellit La-
tinōs, quod ueteres recentiores, uerum
etiam quod in singulis etiam generibus
alius sit alio præstantior. In operibus ca-
uendum, ne nothū & supposititum pro
germano ueroq; amplectaris. Proinde
quandoquidem in tanta librorum mul-
titudine, & in tanta ætatis fugacitate, nō
uacat euoluere omnia, superest, ut pri-
mum legam⁹ optima. Quorsum attinet
in hisce neceteric⁹ coaceruatorib⁹ uerius,
k iij quam **Coacer-**
uatores.

quam interpretibus, bonas horas haud bene collocare. In quibus primū quā multa sunt, quæ tibi postea sint maiore negotio dedisca. Deinde si quid īnest recti, id ex ueteribus haustum comperies. sed mul-
tum fere ac decurtatū, quod ob lingua-
rum & rerum īscitiam multa, & haud
scio an optima, quoniam non assequitur,
coactū sūt prætermittere. Quid quod
bona pars istorū, ne decerpit quidem ab
illis, sed à sapientis collectis, ac trāfusis col-
lectaneis, uelut ē decimal acuna, sussura-
tur, ut poene nihil resipiant sui fontis. De
inde ne nihil de suo addidisse uideatur,
aspergit aliquid suorum somniorum, aut
ē torido quopiam, & pridie nato autho-
re admiscet, quasi cum multa iura confun-
dit eo quis, ut inquit Plautus. Postremo,
ut eadem doceant cum priscis, quam fri-
gent apud hos, sordentq; omnia, obser-
tronis infantissimam balbutiem. At Hiero-
nymus ita delitij omnia condit, ac lo-
cupletat, ut cum aberrat a uero, aut à re di-
greditur, tamē plus bonæ rei doceat, quā
isti cum uere rem tradunt. Utne dicam in-
terim, quod omnino tales ipsi reddimur,
cuius

cuiusmodi sunt autores, in quibus assi-
due uersamur. Nec enim perinde ciboru
qualitas transit in corporis habitum, ut le-
ctio in animum ac mores legentis. Si in
ieiunis, in frigidis, in fucatis, in spinosis,
ac rixosis scriptoribus assidui simus, ta-
les euadamus oportet. Sin in his, q[uo]d uere
sapient Christum, qui ardent, qui uiuunt
aguntque, qui ueram pietatem & docēt,
& præstant, hos saltem aliqua ex parte re-
feremus. At dices, si nihil accesserit, parū
instructus fuero ad palestram scholasticā.
Neç uero nos pugilem instituimus, sed
Theologū, & eum Theologū, qui quod
proficitur malit exprimere uita, quām syl-
logismis. Nec est quod tibi tantopere dis-
pliceas, si inter istos parum Theologus
habearis, quum inter eosdem, ne Hiero-
nymus quidem ipse sit habiturus quod re-
spondeat, ac fortasse nec ipse Paulus. In
culpa est, non ipsa Theologia, quæ non
sic nata est, sed quorundā tractatio, qui to-
tam illā ad dialecticorū argutias, & Aristo-
telicā philosophiā detraxerūt, ut illic non
pauloplus sit philosophiæ. Atqui

k iiiij

Atqui fieri potest ut rhetor aliquis, aut arithmeticus, aut musicus sic eandem tractet, ut nemo iam sit intellecturus, nisi qui prius artium illarum uim omnem cognitam habeat. Quid autem necesse est, ad omnes omnium quæstiunculas certa respondere theologum? Quarum neque numerus est ullus, neque modus, neque finis, dum hydræ in more, pro una præcisa, sexcentæ repullulantur. Sunt quæ parum pium sit inuestigare, sunt quæ citra salutis dispendium possint neciri, sunt de quibus eruditius sit ambigere, & cum Academicis interexip, quam pronuntiare. Quisenim fructus, si me torqueam, ande creare possit hominem apud mortales? An deus aliquo ab ipso distincto sit unus? An possit respectum producere sine fundamento, & termino? an anima Christi potuerit falli, aut mentiri? An hæc propositio, deus est scarabeus, eque possibilis sit, atque hæc, deus est homo? Dictum est, scrutamini scripturas, non ut semper dubitemus, sed ut dubitare desinamus. Non quod hoc exercitationis genus, in totum damnum. Sunt & in neotericorum libris

libris multa digna cognitu. Sed ea pætam modice degustentur, sobrie casteque tractentur. Nam hoc studiorum genus olim apud Theologos prorsus incognitum fuit. Deinde posteaquam irrepsit, ut fere sit in rebushumanis, paulatim in immensum increuit. Vide coepit in aliquot iam Academijs parcus, ac moderatus adhiberi, uelut apud Anglos in Cantabrigensi, apud Brabantos in Lozaniensi. Nec ideo minus florēt hæc studia, sed uerius florent. Quale uero spectaculum est, Theologum octogenarium nihil aliud sapere, quam mera sophismata! Nam huiusmodi non paucos uidimus olim Lutetiae, quibus siquid depromendum fuisset ex Paulo, uidebatur sibi prorsus in aliū mundum translati. Proinde si cui contigit tanta ingenij uis, ut utrumque studiorum genus complecti possit, eat sanc per nos, eat quo illum sua uirtus uocat, eat pede fausto. Sed ab ijs tamē, quæ nos prætulim⁹, incipiendum, his maiorem ac meliorem uitæ partem impertiedam, cœsio. Quod si alterutrū sit deserendum, non possum

non fateri quod uerissimum est, malum in hoc latus deflectere. Præstat paulo minus esse sophistā, quam minus sapere in Euāgelicis, & apostolicis literis. Sati⁹ est ignōrare quædam Aristotelis dogmata, quam nescire Christi decreta. Denique malum cum Chrysostemo pius esse Theologus, quam cum Scoto inuictus. Illud certe negari non potest, per ueteres illos illustratam ac defensam Christi doctrinā, quos ita dum patiar antiquarī, si constethorum argutissimis argutijs, & subtilissimis subtilitatibus uel unum Ethnicum conuersum ad Christi fidem, uel unum reuictum ac mutatum hærcticū. Nam quod hodie pauciores sunt, aut certe extant hæreses, id, si uerum fateri uolumus, fasciculis debemus ucrius, quam syllogismis. Quis enim omnino nodus dialectica subtilitate neceti potest, qui non eadem subtilitate dissoluatur, si liberum sit utrisque, quod uoluerint, assumere? Quis uero fructus, si nectas, quod explicare non potest, qui tamen non assentitur, immo aliquoties ne is quidem, qui nectit? Sed simplices illæ literæ, ueritate non argutia efficiaces

caces, totius orbis populos, pauculis annis innouare potuerunt. Verum missam faciamus studiorum collationē, sit in his suum cuique pulchrū, & ut Paulinīs uerbis utar, In suo quisque sensu acquiescat. Cui placent scholasticæ conflictationes, securatur suo quidem arbitratu, quod in scholis receptum est, modo ne solum hoc agat, modo ne nimium diu. Nam uidi cōplures, qui iam Semanei, cum prisca illa Theologia conatis sunt redire ingratiam, sed parū feliciter successit conatus, nimium serus. At si quis magis cupit instruētus esse ad pietatem, quam ad disputationem, statim ac potissimum uersetur in fontibus, uersetur in his scriptoribus, qproxime biberunt de fontibus. Si quid extiterit dubitationis, in his quæ pertinent ad pietatem, non deerit integro, prudentique uiro, quod ē diuinis oraculis salubriter respondat. Habet Paulus fidele cōsilium, ubi domini præcepit non habet. Quod diminutum erit in syllogismis, id pensabit sancta ad deum precatio. Denique satis inuictus fueris Theologus, si nulli

158 C O M P B N D . T H E O L O .
si nulli succumbas uitio , nullis cedas cu
piditatibus , etiam si à contentiosa dispu
tatione discesseris inferior . Abude ma
gn⁹ doctor est , q̄ pure docet Ch̄m . Si tur
pe ducunt , nescire quid definiat Sco
tus , turpius est nescire , quid de
cernat Cūrs . Si parum Theolo
gicum est non assequi , quæ
scripsit Durādus , minus
Theologicū est , non
asseq̄ quæ scripsit
Paulus . A diui
nis oracu
lis no
men habet
Theologus , nō
abhumanis opinio
nibus . Et bona Theolo
giæ pars afflatus est , qui nō
contingit , nisi moribus purgatiſſimis .

R A T I O N I S S E V C O M
P E N D I I V E R A E T H E
O L O G I A E , P E R D E S .
B R A S M V M R O T E
R O D A M V M ,
F I N I S .

H V T T E N V S E R A S . S V O S .

T Vas infinitas ad me epistolas non uidi , nā
unam accepi in exercitu cū Tubingam ob
sideremus , eamq; per breuem , quod uides
re te oportet , cui infinitas illas cōmittas . Verum
de eo , quem hūc cum libro principi offerēdo mi
ſisti , nihil est quod sollicitus sis , omnia pertulit .
Neq; ego segnius rem curauit uam , & principia
habui ad id negotium alacrem . Non egebat præ
conio meo tuū munus , ornabat ipsum ſemeras
būnde . Ut legendo percurrerat , en dignā inquit
Erasmus rem , ſic ille ut diu faciat , diu nobis ſup
sit , precatuſq; est felicitatem tibi omne , plenus
optimæ de te ſpei . Quippe intelligit , quam tu lu
cem ſtudij , quod ſtudiosis cōmodum inuehas .
Venit post Stromer , nam in Saxonia uxorem du
xerat , neq; statim ſequutus erat aulam , qui cum
tua alioq; omnia , magis quam credacalig , ada
miretur , tuuel imprimis hoc opus adorat . Gre
gorium Coppum alter⁹ principis mediciū feciſſi
toū Erasmicū , habet tuos labores in manibus
ſemp , legitq; ut uix alius auide . Hoc nomine ira
ſcuntur tibi multi , quod ex medicis aſunt Theo
logos facerete . Iam & iure coſultis moleſtus es ,
quodſdam à Bartholo transuersos agens , qui in
tuis nūc otiantur , relicto penitus foro . Eandem
cladem Theologistarū ſtudio cum intuleris , ad
huc miraris , qđte oderint , faciunt ipſum hoc fuo
quodā iure , nam bene raro faciunt aliquid . Fuit
totum hic menſem rumor , & credo ad uos uſq;
peruenit , in bello occubuisse me . Hoc illi exultaſ
bāt , hoc triūphabant . Quod ſiquid mihi accidif
ſet , certum habeo , à Christo hoc impetriffe ſe , di
cturos uifſe . Iam ſcio enim male precari nobis .
Legi dialogū Latomi , & riſi . Tu uero nō debes
putare

EPISTOLA HVT TENICA

putare et hoc per didisse tempus, quod scribendæ Apologiae dedisti, nam id nobis magni lucri uice fuit. Quod scribis de Ferdinando, mire placet studia nostra amare adolescentem. Exexisti anima mihi, sperantifore, ut orbis capita aduersus barbariem nobiscum conspirent. Albertus Cardinalis strenue nos tuetur, meq; adhuc habet liberaliter, & tui desiderio tenetur maximo. Inique facis qui te non offers illi, non credens mihi toties clamenti propensas. illius erga te benignitatē. Mihi commisit munus, quo te uicissim honorat. Patera est ex argento deaurata, præter id, quod pondere permagna est, arte adhuc commendabilis. Non iudicabis indignum principe munus. Quanquam ipse dicat, hoc se dare fugienti tibi, daturum siquādo accedas ampliora multa. Vocaq; amoris hoc poculum. Ipse quo tibi mittam dubius sum. Nam in Angliam ajunt abire te. Scribe quid fieri uelis, de patera primū, deinde quid tibi proponas. Belli prospere omnia euenerūt. Magno Germaniā periculo publico meū liberavim⁹. Quid magnopere curemus enim, quod uiuat ille, cui quia ademī⁹ oīa uiuendū misere est? Totā aliquād rem leges. Stugardia Capnionem conueni, positiu magno in timore. Militares furores metuebat bonus pater. Sed ego Francisco ductore apud duces intercedente caueram, si ui capienda Stugardia esset, in exercitu ut proclamaretur, Capnionis penatibus ne quis noceret. Hoc nescis quantum ille & quale beneficium interpretetur, cum ego conscius milii sim, officij mei suis, ut uiderē nequid pateretur se indignum uir doctissimus atq; optimus. Præcis pue eo in negotio magnitudinem suam ostendit Francis

AD ERASMVM ROT.

Franciscus, uir qualem diu nō habuit Germania, & qui meretur, ut eum tuis quoq; literis posterita commendas. Mihi quidem spes est, magnā hoc ex uiro laudem acceſſuram huic nationi. Nihil in antiquis admiramus, quod non studioſe imitetur ille. Viget in homine consilium, uiger eloquentia, alacriter omnia adgreditur, industria est qualem in summo duce quāras, Nihil humiliter dicit, nihil facit. Et iam fortē rem molitur longe pulcherri mam. Deus O P T. M A X. fortissimi uiri conatus adiuuet. Mecum ipse Capnionem affatus est per quam familiariter, qui nos salutādo Flagellum dei appellabat. Promisitq; Franciscus opē nobis omnē suam. Quid multa! Intelligis quale nobis ex illo præsidium esse possit. Imprimis Capnionem non patietur opprimi. Hæc magna nobis fiducia esto. Vale mihiq; occūſime scribe de rebus communib; copioſe. Quid enim breuestuas epistolas mihi obijcis iterum uale. Moguntiæ No-nis lunij.

APVD AVREAM MOGVN
TIAM PER IOANNEM
SCHEFFER AN. M.D.
XIX. INTERREGNI
VERO
MENSE QVINTO.

franz von
biebingen

X. plog pestilencie et famelie
I. rida in cypoutis hoc qd' mo
C. datus adiungit. Et crinit
I. man sole ab hinc et stellis. i
nossifraga. quatuor portus sionis
et mali cibilia. **III.** Et traxysa cypoutis
IV. Da ritam
V. veniam que
VI. uicem ambulans
VII. Eternia vita.
IX. alibus

